H. Lit. U.
54 4°

A 66 II 54

40 H. lit. u. 54 3.

PROBLEMA
POLITICO-IURIDICUM,

UTRUM II, QUI SACRA PROFITENTUR PROTESTANTICA, AD ATHENAEA CATHOLICORUM, LITERARUM AMORE CONFLUENTES, EORUNDEM ALBO INSERENDI, GRADIBUSQUE LICENTIATUS, AUT DOCTORATUS INSIGNIENDI SINT?

RESOLVIT

IOSEPH. NOB. DE WEINBACH,
S. R. I. EQUES,
SERENISSIMI
BAVARIAE ELECTORIS
CONSILIARIUS AULICUS ACTUALIS, INSTITUTIONUM IMP., PANDECTARUMQUE IN ALMA, CATHOLICA, ATQUE ELECTORALI UNIVERSITATE ANGELOPOLITANA PROFESSOR PUBLICUS, ET ORDINARIUS, EJUSDEMQUE P. T. RECTOR.

ANGELOPOLI
M. D. CC. LXXV.

TYPIS FERDINAND. LUTZENBERGER, TYPOGRAPH. ACADEMICI.

C

Nro 216.

Problema Politice-Iuridicum, de admittendis vel arcendis a Licentiatus, et Doctoratus gradibus acatholicis Athaenea catholicorum frequentantibus etc.

Imprimatur

Regiſtr. Fol. 49.

Sign. München in dem churfürſtl. hochlöbl. Büchercenſurkollegio den 29ten Aprils 1775.

Wilhelm Wodiczka, Sekr.

SERENISSIMO,

ET

POTENTISSIMO

PRINCIPI,

AC

DOMINO DOMINO

MAXIMILIANO IOSEPHO,

UTRIUSQUE BAVARIAE,

AC

PALATINATUS SUPERIORIS

DUCI,

COMITI PALATINO RHENI

S. R. I. ARCHIDAPIFERO,

ET

ELECTORI,

LANDGRAVIO LEUCHTENBERGAE

etc. etc.

MUSARUM FUGIENTIUM
STATORI, AC RESTITUTORI FELI-
CISSIMO,
ACADEMIAE SCIENTIARUM BOICAE
CONDITORI GLORIOSISSIMO,
UNIVERSITATIS INGOLSTADIANAE
INSTAURATORI, AMPLIFICATORIQUE
MAGNIFICENTISSIMO,
ARTIUM, DISCIPLINARUMQUE OMNIUM
REFORMATORI SAPIENTISSIMO,
HOMINUM LITERATORUM
AESTIMATORI, FAUTORIQUE AEQUIS-
SIMO,
STUDIOSORUM ACADEMICORUM
MECAENATI MUNIFICENTISSIMO,
PATRIAE PATRI
O. M.
HOC
ANIMI AETERNUM GRATI, DEVOTIQUE
PRO
RECENTI GRATIA, FAVOREQUE AM-
PLISSIMO
MONUMENTUM
D. D.
D.

DEMISSISSIMUS
AUTOR.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

CONSPECTUS
DISSERTATIONIS.

I.) *Occaſio* Diſquiſitionis *triplex* C. I.

1.) Literae Ictorum Herbipol. §. 1. - 2.

2.) Cauſa Gmeliana, §. 3. - 4.

3.) Confluxus ſtud. proteſt. §. 5.

II.) *Ipſa Diſquiſitio* C. II. quod rurſus diſpeſcitur in tres Titulos:

A.) *Argumenta contraria* §. 7. - 35.

1.) *Communia* contra Univerſitates catholicas *in Univerſum*: §. 7. - 15. quae pertinent

a.) Ad *ſphaeram eccleſiaſticam*: uti ſunt

1.) Conſtitutiones *Pontificiae*, §. 7. - 8.

2.) *Noxii* religionis *Diſcurſus*, §. 9.

3.) *Libri haeretici* invehendi, §. 10.

4.) Difficultas circa *exercitium Religionis*, §. 11.

5.) Et *ſepulturam*. §. 11.

b.) Ad ſphaeram *politicam*: uti eſt

1.) Periculum *morum*, et
2.) *Pacis publicae* } §. 12. - 13.

Allocutio ad *Cancellarios* Univerſ. cath. §. 14.

2.) *Specialia* contra Univerſ. *Ingolſtadienſem* §. 15. - 35.
qualia ſunt conſtitutiones, et facta

1.) S. *Pontificum*, ſpeciatim

a.) Bulla Pii II. §. 16. - 21.

b.) Bulla Pii IV. hic recepta §. 21. - 22.

c.) Bullae aliorum Pontificum 23. - 24.

2.) *Cancellariorum* noſtr. §. 25. - 26.

3.) *Sereniſſ. Bav. Ducum, ac Electorum* §. 27. - 35.

1.) Ludo-

Bayerische Staatsbibliothek München

1.) Ludovici Divitis §. 27.
2.) Wilhelmi IV. §. 28.
3.) Alberti V. §. 29. - 30. - 31.
4.) Wilhelmi V. §. 32.
5.) Maximiliani Iof. 33. - 34. - 35.

B.) Argumenta *affirmantium*,

1.) *Communia* pro omnibus cath. univerſitatibus: §. 36. - 47. quae petuntur

1.) Ex *Origine* et *fine* Graduum §. 37.
2.) Ex eorum *indifferentia* ad religionem §. 38.
3.) Indeque profluente *jure Imperantis politici* conferendi gradus academicos §. 39. et 40.: excutitur q. ſpecialis §. 41.
4.) Ex *P. W.*, *mutuaque aequalitate* ibi ſtabilita §. 42.
5.) Ab *exemplis proteſtantium*, et *reciprocitate* ſervanda §. 43.
6.) Ab *officiis innoxiae* utilitatis §. 44.
7.) Ab *exemplis Acad. Catholicarum* §. 45.
8.) Ex *jure retorſionis* §. 46.
9.) Aliisque rationibus *politicis* §. 47.

2.) *Specialia* pro Univerſ. Ingolſt. §. 48. quae deſumuntur

1.) Ex Univerſitate *Viennenſi* tanquam *matrice* noſtra §. 49. - 50.
2.) Ab *exemplis* proteſtantium hic ſtudentium §. 51. - 55.

1.) *Antiquiſs*, qualia exhibent
a.) Rothmarus §. 51.
b.) Epitaphia §. 52.
c.) Matriculae noſtrae §. 53.
2.) *Recentioribus* § §. 54.
3.) *Recentiſſimis* §. 54.
3.) Et *Statutis* noſtris §. 55.

C.) *Reſponſiones* ad Argumenta oppoſita: reſpondetur

1.) Ad Argumenta *communia*,

1.) Ad Bullas *Pontificias*, *juramenta* que in iis praeſcripta §. 56. - 57.

2.) Ad periculum *religionis* §. 58. - 59.

3.) Ad difficultatem *cultus Divini* §. 60.

4.) Et *ſepulturae* §. 61.

5.) Ad periculum *morum*, *et Pacis publicae* §. 62.

Allocutio ad Principes *catholicos* §. 63.

2.) Ad Argumenta *ſpecialia* contra Univerſ. *Ingolſt.* Sc. ad conſtitutiones, et facta

1) *Pontificum* §. 64. - 68.

a.) Pii II., et IV., juramentaque ab iisdem praeſcripta, §. 64. - 67.

b.) Aliorumque Pontificum, §. 68.

2.) *Cancellariorum* noſtrorum, §. 69.

3.) *Sereniſſ. Bav. Ducum*, §. 70. - 71.

CAPUT I,

SIVE

OCCASIO THEMATIS.

§. I.

Praefixo themati elucubrando cur manus admoveremus, plus una allexit *Occaſio*; inter alios enim *conſultiſſimae* Facultatis faſciculos incidimus nuper in literas Ictorum Herbipolenſium,

Occaſio opuſculi triplex.

I. Litterae Ictorum Herbipolenſ. d.a. 1679.

fium, d. d. 30. Iulii. 1679 (a), quibus, quid in eiusmodi casibus, dum Iuvenes protestantici gradum hic expetiissent, ex parte Academiae nostrae usitatum, observatumque fuerit, informari voluerunt.

(a) Hochedle, Gestrenge, und Hochgelehrte, insonders Großgünstige, und Hochgeehrte Herrn!

Denenselben können wir nicht verhalten, wasgestalt ein Candidatus juris lutherischer Religion bey hiesiger Juristen Fakultät pro gradu licentiae in utroque jure sich angemeldet, dem wir zwar sowohl der hiesigen, als anderer katholischer Universitäten löbliche Gewohnheit iuxta motum proprium Pii IV. qui incipit *Sacrosancta*, et declaratione Cardinalium ad Trid. Sess. 25. de Reform. cap. 2. laut deren in omni gradu die professio fidei solle praestirt, und abgelegt werden, zu remonstriren nicht ermangelt; massen aber derselbe sich nicht abweisen lassen wollen, sondern noch inständiger von uns zu erhalten sich bemühet, auch bereits von etlichen Rechtsgelehrten die Sache überleget, und das aus den beygeschloßnen motivis ermeldtem Candidato in seinem petito, maxime accedente Reverendissimi, et Celsiss. Principis nostri dispensatione, etiam fidei professione non praestita könne deferirt, und die verlangte licentia, si non authoritate Pontificia, saltem Caesarea mitgetheilet, und deferirt werden, geschlossen worden.

Als haben zu mehrerer Sicherheit, und damit wir anderer katholischer Universitäten kein praeiudicium einführen möchten, unsern sonders Großgünstigen, und Hochgeehrten Herrn wir solches communiciren, und weilen kein Zweifel, es werden dergleichen casus bey der löblichen Universität zu Ingolstadt sich ehedessen

zuge-

zugetragen, und begeben haben, dieselben dienstfreundlich bitten wollen, Sie beliebten dero Meinung uns darüber mit wenigen Zeilen zu eröfnen.

Unserer Großgünstigen, und Hochgeehrten Herrn

Wirzburg den 30ten Julii 1679.

Dienstfertigste
Decanus, Senior, caeteriqve
D. D. ac Professores in Universitate Herbipolensi.

§. II.

Responsoriae.

Respondit autem Facultas nostra, eiusmodi casus de Studiosis protestanticis adspirantibus ad gradum frequentiores quidem hic recurrisse, eorum autem votis se nunquam gratificatam esse, neque etiam citra specialem S. Pontificis dispensationem gratificaturam (a).

(a) Wohledle, Gestrenge, und Hochgelehrte, insonders Hochgeehrte Herrn!

Derselben Schreiben unterm dato 30ten Julii nächsthin haben wir angestern zu recht erhalten, und daraus vernommen, wasmassen unsere Großgünstige, Hochgeehrte Herrn aus denen beyverwahrten pro, et contra überlegten rationibus, und motivis, maxime accedente Reverendissimi, et Celsissimi Principis, et Episcopi Herbipolensis dispensatione, etiam fidei professione non praestita einem der Augsburgischen Confession zugewandten Candidato licentiam in utroque jure zu conferiren entschlossen seyen, und zugleich um unsere Meinung anersuchen

ſuchen wollen. Gleichwie wir nun gegen unſere Hochgeehrten Herrn uns um ſo viel dienſtlich bedanken, alſo haben wir auch die vorgemeldte rationes pro, et contra in unſerm Fakultäts-rath wohl eingenommen, und ſollen anbey unſern Hochgeehrten unangefügt mitlaſſen, daß ſich hiebevor dergleichen caſus bey uns zwar öfters ereignet, wir haben aber in Anſehung der Bullae pontificiae, und profeſſionis fidei keinem iemal willfahret, noch auch ſine ſpeciali diſpenſatione ſummi Pontificis willfahren kunten.

Unſern Hochgelehrten Herrn

Ingolſtadt den 5ten Auguſts 1679.

Dienſtwilligſte
Dechant, Doktorn, und Profeſſorn der iuridiſchen Fakultät churfürſtl. Univerſität allda.

§. III.

II. Cauſa Gmeliana d. a. 1766.

Novior vero propoſitam elucubrationem aggrediendi materies ſe ſe obtulit nobis, dum hoc anno ex actis rectoralibus ad manus venit faſciculus de quodam Studioſo Medicinae *proteſtantico* nomine *Gmelin*, qui anno 1766. huc delatus Gradum Doctoratus a *ſaluberrima* Facultate ſibi conferri ſpecialiter rogavit; cumque abhinc cauſa haec Gmeliana ad ampliſſ. Senatum academicum devolveretur, deciſionemque a maioribus P. P. Acad. ſuffragiis dependere praeduxiſſent Profeſſores medici (a):

(a) Cir-

(a) Circulare *saluberrimae* Facultatis ad ampliſſ. Sen. Acad.

Es hat Herr Gottlob Georg Wilhelm Gmelin, Stuttgardianus Würtenbergenſis, Medicinae Studioſus evangeliſcher Religion bey unſerer mediciniſchen Fakultät geziemend angelanget, daß ſelbem nach mit löblichem, und ungemeinem Fleiße hinterlegtem ſtudio medico der Gradus Doctoratus conferirt werden möchte. Gleichwie wir nun eines theils in den ſtatutis academicis keineswegs inhibirter befinden, daß die Studioſi evangeliſcher Religion mit den Gradibus Licentiae vel Doctoratus nicht begabt werden dörften: anderſeits uns das Exempel, und Beyſpiel auswärtig akatholiſcher Univerſitäten genugſam bekannt iſt, welche auch denen katholiſchen Academicis den Gradum doctoralem zu ertheilen nicht den geringſten Anſtand nehmen, und bemeldter Gradus ſine emiſſa profeſſione fidei catholicae den Catholicis deferirt wird, ia ſogar die Facultas medica Heidelbergenſis unſtreitig, wie auch dem Vernehmen nach die Facultas Herbipolenſis utpote utraque catholica den Juden den Gradum doctoralem ex Medicina zu ertheilen pflegen, als ſind wir auch der zuverſichtlichen Hofnung, daß ein löbliches Conſilium plenum der Graduirung des gedachten Herrn Gmelin nicht entgegen ſeyn werde: wobey wir iedoch zu dero Belieben ſtellen, ob das juramentum Graduandorum (weilen in Anſehung dieſes Academici die profeſſio fidei ad normam Tridentini ohnehin nicht ſtatt findet) gänzlich remittirt, oder aber wenigſtens auf die den Proteſtanten gewöhnliche, und in den ſtatutis academicis vorgeſchriebne Art abgeändert werden wollte. ꝛc. ꝛc.

Ingolſtadt den 28ten Julii 1766.

Facultas medica.

§. IV.

In favorem praedicti Candidati deciſa.

Poſt multas demum altercationes ex concluſo ampliſſimi Senatus ad petitos honores academicos non tantum admiſſus fuit praedictus D. Candidatus, ſed Clement. quoque reſcriptum petiti Gmeliani *delatorium* ab aula Monacenſi ad nos emanavit (a).

(a) Unſern Gruß zuvor: Würdige, Edle, Ehrſame, und Hochgelehrte liebe Getreue! Auf euren wegen Graduirung des akatholiſchen Medicinae Studioſi Georg Wilhelm Gmelin gehorſamſt erſtatteten Bericht bleibt euch pro reſolutione gnädigſt ohnverhalten, wie wir es zwar pro hoc caſu particulari bey euern abgegebenen Gutachten belaſſen, was aber pro futuro in dergleichen Fällen ſemel pro ſemper zu machen ſeye, darüber wollen wir ein weiters wohl überlegtes Gutachten, und zwar von dem verſammelten ganzen Magiſtratu academico gnädigſt erwarten: ſind euch anbey mit Gnaden wohl, und gewogen.

München den 17ten Octobers 1766.

§. V.

III. Proteſtantium ad Academiam noſtram confluxus.

Potiſſimum vero exoptatiſſima ſtudiorum, ſcholarumque per Bavariam, praeſertim Angelopolitanae noſtrae reformatio, noviſſimaque MAXIMILIANI noſtri feliciſſimi ſcientiarum RESTAVRATORIS *Ordinatio* de 9na Octobris 1774. tam repentina in Orbe literario celebritate, atque applauſu ſe ſe circumtulit, ut Studioſos pariter proteſtanticos Hala, Suecia, Orisque remotioribus excitos ad Academiam noſtram literarum amo-

re

re confluere admirabundi conſpiciamus. Ne itaque eorum, qui forte in Athenaeo noſtro titulos acad. ambiunt, vota remoremur, in anteceſſum obex omnis, atque difficultas, ſi quam in eorum cum Candidatis proteſtanticis communicatione ſubeſſe exiſtiment forte Principes catholici, removenda eſt: ad quod ipſum impartialem quamdam momentorum pro, et contra militantium expoſitionem, diſcretamque horum ponderationem praeſenti libello inſtituendam, haud inconcinnam, ineptamque fore, nobis perſuaſum duximus.

CAPUT II,

SIVE

DISQVISITIO THEMATIS.

§. VI.

Ordo diſſertationis.

Atque haec *triplex* fuit praeſtatuti *Problematis Occaſio*: in cuius reſolutione ita procedemus, ut *primo* argumenta contraria, *dein* rationes affirmantium, *denique* ea, quae adverſariis reponenda ſunt, nullo partium ſtudio praeconcepti perpendamus, inſimulque, quae Univerſitatem noſtram attinent, ſpecialia ubivis adiiciamus.

TI-

TITULUS I,
SIVE
ARGUMENTA NEGANTIUM.

§. VII.

Negativam videtur evincere Bulla Pii IV.

Non desunt equidem argumenta, quibus ferventiores catholici adolescentes A. C. addictos a studiis, titulisque academicis in terris catholicorum primo limine excludendos autumant: publicam etenim, solennemque fidei catholicae professionem ex formula Tridentina edere, et juramento confirmare sub poena nullitatis tenentur, quicunque in Academiis cath. ad Gradus literarios promoveri gestiunt (a).

(a) Pius IV. Const. in S. Sanct. 1564. in L. VII. Decret. Tit. V. de Magistris, et Doctoribus c. II.

Eiusque Successores Pius V., et Gregorius XIII. P. Zech. Praecognita juris can. §. 66. et rer. eccles. S. 1. §. 152. n. IV. et X.

§. VIII.

De edenda professione fidei catholicae.

Cum itaque professio fidei catholicae ex adductis sanctionibus Pontificum ante Gradum emittenda cum principiis protestanticis combinanda haud sit; etiam huic religioni mancipatis ad insignia Licentiatus, vel Doctoratus in nostris Musarum palaestris aditum haud patere, neque patere in posterum coniiciunt; praedictis enim S. S. Praesulum constitutionibus pientissimis praeposte-

poſtero conſilio contravenire, earumque obſervantiam tot jam ſaeculorum ulu enatam, adhucdum que viridiſſime ubivis vigentem data promiſcue *quibuscunque* gradus academicos in terris catholicorum capeſſendi licentia inſuper habere, conculcareque velle, in ſphaera, poteſtateque Imperantis mere politici quam minime repoſitum eſſe contendunt.

§. IX.

De ſtudioſis Proteſt. noxii diſcurſus religionis timendi ſunt,

Ponamus autem factam acatholicis Vniverſitates noſtras adeundi inhibitionem aliquam, atque repulſam neque ex Bullis praefatorum S. Antiſtitum, neque ex Imperantium catholicorum ſancitis dimetiendam eſſe: ideone minus forte amovendi viderentur? Sane juventuti acatholicae ad noſtra ſcientiarum emporia ingreſſum permittere idem foret, ac viam, portasque eidem aperire, ſua peſſima principia, quibus contra religionem noſtram iam a teneris imbuta eſt, diſſeminandi, iisque doctrinas, quas juvenes noſtri in theologia, S. S. Scriptura, jure canonico, hiſtoria eccleſiaſtica, ac jure naturae imbibunt, ſuſpectas reddendi, itaque tenellos adhuc, cereosque in vitium flecti animos peſſumdandi, praeſertim cum varios hinc inde in materia fidei diſcurſus, diſputationes, rixasque literarias catholicos inter, et acatholicos frequentius exorituras, neque tam facile praecavendas eſſe, haud vano augurio praenunciare fas ſit.

§. X.

Libri- que haeretici in terras cathol. importandi.

Atque utinam peſtifera haec lues dictos intra cancellos compeſceretur! quin imo *ſcripta*, *et libros haereticos* in *almas Academias* invehendos, eorumque colluvie integras mox Provincias inundatum, infectumque iri haud citra lethalem univerſae religionis catholicae ſtragem praeſagire pronum eſt. Ecquid autem magis expedit, iura ſtatim ab initio ſalva, intactaque ſervare, quam poſt vulneratam cauſam medelam quaerere?

§. XI.

Difficultas circa exercitium religionis, et ſepulturam.

Sed non minus in animum inducenda ſunt impedimenta illa, quae tam proteſtanticis in terris catholicorum ſtudia facturis, quam nobismet ipſis poſitā advertimus; *illi* enim, quorum ſacra a noſtris penitus aliena ſunt, quo loco religionem ſuam excolent, cuius exercitium nec publicum, nec privatum nullibi neque in noſtra, neque in plurimis aliis catholicorum univerſitatibus proſtat in vicinia? *Nos* autem, ſiquidem illorum aliquem et ſtudiorum, et vitae apud nos finem facere praeproperante fato contingeret, quo loco cadaver reponendum putaremus? aut inferetur coemeteriis catholicorum, aut minus? ſed *prius*, uti vix ferent catholici, ita *poſterius* aegerrime haberetur a proteſtantibus religionis ſuae publicam tolerantiam, aequalitatemque obmoturis: quamobrem poſito juvenum proteſtanti-

ſtanticorum ad nos acceſſu inextricabilis non poſſet non ultro, citroque ſuboriri difficultas.

§. XII.

Allata hactenus dubiorum momenta ex capite *religionis* depromta ſunt: ſed non minora incommoda, ſequelasque ex liberiori acatholicorum ad ſcholas noſtras acceſſu in *rempublicam* pariter *politicam* redundatura annunciamus; cum enim hos indolis conſtet eſſe ferocioris, atque a moribus, pacificoque noſtrorum inſtituto, rationibusque penitus alienos, quid aliud, niſi turbas, depotationes, cantilenas, graſſationes, provocationes, rixas, digladiationes, diſſolutiones effuſiſſimas, duella, vulnera, homicidia, aliaque id genus vitae effraenatae portenta ſtudio nobis accerſeremus, quibus introvectis pax publica, quies nocturna, morum integritas, ſtudiorum exactitudo, omniaque, quaecunque et civibus, et academicis cara ſunt, ex moenibus noſtris proſcribantur, eliminenturque, neceſſum foret.

Periculum morum, et pacis publicae.

§. XIII.

Praevaleat igitur bonum publicum, cedat utilitas privata, praeque puſillo paucorum emolumento ſalus civium, civitatisque univerſa tanquam *ſuprema lex* primas teneat, honosque ille, gloria, et decor, ſi quem tamen per eiusmodi religionis avitae deſertores ac-

Exulare debet intereſſe privatum in conflictu.

crescere posse nobis abblandiamur, quieti, rationibusque publicis ante feratur.

§. XIV.

Allocutio ad Cancellarios univers. cath.

Quibus omnibus probe perpensis, cum a Cancellariis universitatum nostrarum, eorumque vices gerentibus licentia promovendi petenda, atque impetranda sit (a), eo invigilandum vobis, omnique cura enitendum erit, ut ne insignia, titulosque academicos conferri patiamini, nisi iis, qui fide, religioneque se se ex asse *catholicos* comprobaverint, idque ad exemplum, piissimamque imitationem D. WIDTMANN zelosissimi quondam Cancellarii Universitatis Tubingensis saec. XVI., qui potius urbe excedere, quam Professoribus a fide avita tunc descisscentibus potestatem conferendi titulos academicos conferre maluit: „ nec patiebatur se „ mitigari, quamvis praecipui ex academia ad eum „ missi, et agerent negotium cum reverentia personae „ ipsius debita humanissime, et nihil proficientes tentati „ de jure academiae discederent. *Praetendebatur autem in negando mutatio status ecclesiastici, et scholastici, quem sine Romani Pontificis permissione adprobare, adiuvareque sibi minime licere, Cancellarius affirmabat* (b). „

Exemplum Cancellarii Univers. Tubing.

(a) ITTER *de grad. acad. C. VIII.* §. 9. *p.* 196.
(b) ITTER *de grad. acad. l. c.* §. 10.

§. XV.

§. XV.

Argumenta ſpecialia adverſus Acad. Ingolſt.

Perceptis hactenus argumentis univerſitates in univerſum catholicas aggrediuntur adverſarii: ſunt tamen, qui attemperant ſententiam ſuam diſtinquendo inter univerſitates catholicas in *genere*, et noſtram Ingolſtadienſem in *ſpecie*: atque licet pro illis rationes quasdam, et congruentias militare haud diffiteantur: eas tamen ad Ingolſtadianam quadrare ex allatis in contrarium tum Praeſulum eccleſ., tum Sereniſſ. Bavariae Ducum conſtitutionibus ſtudent evincere.

§. XVI.

Bulla Pii II. Academiam Ingolſt. confirmavit.

Enimvero unde publica, ſolennisque hujatis univerſitatis *approbatio*, *confirmatio* que profecta fuit, niſi ex Indultis, Bullisque Pontificiis?

„ Authoritate Apoſtolica ſtatuimus, atque eti-
„ am ordinamus, quod in eodem oppido de caetero
„ ſtudium generale, illudque inibi perpetuis futuris
„ temporibus vigeat, tam in Theologia, Iure Cano-
„ nico, et Civili, in Medicina, in artibus, quam in
„ qualibet alia facultate. Quodque legentes, et ſtu-
„ dentes ibidem omnibus privilegiis, libertatibus,
„ exemptionibus, honoribus, et immunitatibus, qui-
„ bus Magiſtri, Doctores, et ſtudentes in ſtudio Vien-
„ nenſi gaudent, et utuntur, ſeu uti et gaudere pote-

„ runt,

„ runt, quomodolibet in futurum pariter uti valeant,
„ et gaudere (a).

(a) Ita ſonat Bulla confirmatoria Pii II. de anno 1459. apud HUNDIUM *Metropol. Salisburgenſis* Tom. II. voce *Ingolſtadienſis univerſitas* in additionibus.

§. XVII.

Ad conferendos gradus habilitavit,

Cuinam porro ſummum illud, eſſentialeque ſcholis ſublimioribus *privilegium de conferendis gradibus* niſi huic ipſi praefatae Bullae authori, collatoriique liberaliſſimo in acceptis referat univerſitas noſtra?

„ Quodque illi, qui proceſſu temporis bravium
„ meruerint in facultate, qua ſtuduerint, obtinere, ac
„ docendi licentiam, ut alios erudire valeant, necnon
„ Magiſterii, ſeu Doctoratus honores petierint, illi eis
„ elargiri poſſint per Doctorem, ſeu Doctores, aut
„ Magiſtrum, ſeu Magiſtros facultatis eiusdem, poſt
„ rigorem examinis ſervatis ſolennitatibus conſuetis.
„ Illi vero, qui in eodem ſtudio praedicti oppidi exa-
„ minati, et approbati fuerint, ac docendi licen-
„ tiam, et honorem obtinuerint, ex tunc absque alia
„ examinatione, et approbatione legendi, et docen-
„ di, tam in praedicto oppido, quam aliis univerſi-
„ tatibus, in quibus legere, et docere voluerint, ple-
„ nam, et liberam habeant facultatem (a).

(a) Confer. ſupra alleg. Bulla Pii II. apud HUNDIUM l. c.

§. XVIII.

§. XVIII.

Idque absque interventu authoritatis Caesareae.

Ex allegatis modo §. 16. et 17. passibus Bullae PIANAE argumentum depromunt, ardentque conficere sententiae negativae fautores, hujatem Universitatem, cum nullibi confirmatione, privilegiisque *caesareis* munita legatur, sed vel *sola Pontificum* authoritate, atque indultis donata sit, vim quoque, potestatemque omnem a Sede Pontificia nactam, indeque ut *mere pontificiam* spectandam esse, ut adeo petitis eôrum, qui se se a Pontificum obedientia retraxerunt, annuere nobis integrum haud sit.

§. XIX.

Formulam juramenti graduum candidatis praescripsit,

Iuramentum vero, quod candidatos in recipiendo gradu praestare voluit praelaudatus Pontifex PIUS II., sequenti conceptum fuit tenore.

„ Ego . . . Scholaris studii Ingolstad. Eystättens.
„ Dioecel. ab hac hora, *ut ante fidelis, et obediens ero*
„ *beato Petro*, sanctaeque Apostolicae Romanae Ec-
„ clesiae, et Domino meo Domino PIO P. P. II. ac
„ eius successoribus canonice intrantibus . . . .
„ ad *retinendum, et defendendum Papatum Romanum*,
„ et Regalia S. Petri contra omnem hominem adiutor
„ eis ero. Autoritatem, privilegia, et jura, quan-
„ tum in me fuerit, potius adaugere, et promovere,
„ statuta, ordinationes, reservationes, dispositiones,
„ et mandata huiusmodi observare, et eis intendere cu-
„ rabo.

„ runt, quomodolibet in futurum pariter uti valeant,
„ et gaudere (a).

(a) Ita ſonat Bulla confirmatoria Pii II. de anno 1459. apud HUNDIUM *Metropol. Salisburgenſis* Tom. II. voce *Ingolſtadienſis univerſitas* in additionibus.

§. XVII.

Ad conferendos gradus habilitavit,

Cuinam porro ſummum illud, eſſentialeque ſcholis ſublimioribus *privilegium de conferendis gradibus* niſi huic ipſi praefatae Bullae authori, collatoriique liberaliſſimo in acceptis referat univerſitas noſtra?

„ Quodque illi, qui proceſſu temporis bravium
„ meruerint in facultate, qua ſtuduerint, obtinere, ac
„ docendi licentiam, ut alios erudire valeant, necnon
„ Magiſterii, ſeu Doctoratus honores petierint, illi eis
„ elargiri poſſint per Doctorem, ſeu Doctores, aut
„ Magiſtrum, ſeu Magiſtros facultatis eiusdem, poſt
„ rigorem examinis ſervatis ſolennitatibus conſuetis.
„ Illi vero, qui in eodem ſtudio praedicti oppidi exa-
„ minati, et approbati fuerint, ac docendi licen-
„ tiam, et honorem obtinuerint, ex tunc absque alia
„ examinatione, et approbatione legendi, et docen-
„ di, tam in praedicto oppido, quam aliis univerſi-
„ tatibus, in quibus legere, et docere voluerint, ple-
„ nam, et liberam habeant facultatem (a).

(a) Confer. ſupra alleg. Bulla Pii II. apud HUNDIUM l. c.

§. XVIII.

§. XVIII.

Idque absque interventu authoritatis Caesareae.

Ex allegatis modo §. 16. et 17. passibus Bullae PIANAE argumentum depromunt, ardentque conficere sententiae negativae fautores, hujatem Universitatem, cum nullibi confirmatione, privilegiisque *caesareis* munita legatur, sed vel *sola Pontificum* authoritate, atque indultis donata sit, vim quoque, potestatemque omnem a Sede Pontificia nactam, indeque ut *mere pontificiam* spectandam esse, ut adeo petitis eôrum, qui se se a Pontificum obedientia retraxerunt, annuere nobis integrum haud sit.

§. XIX.

Formulam juramenti graduum candidatis praescripsit,

Iuramentum vero, quod candidatos in recipiendo gradu praestare voluit praelaudatus Pontifex PIUS II., sequenti conceptum fuit tenore.

„ Ego . . . Scholaris studii Ingolstad. Eystättens.
„ Dioecel. ab hac hora, *ut ante fidelis, et obediens ero*
„ *beato Petro*, sanctaeque Apostolicae Romanae Ec-
„ clesiae, et Domino meo Domino PIO P. P. II. ac
„ eius successoribus canonice intrantibus . . . .
„ ad *retinendum, et defendendum Papatum Romanum*,
„ et Regalia S. Petri contra omnem hominem adiutor
„ eis ero. Autoritatem, privilegia, et jura, quan-
„ tum in me fuerit, potius adaugere, et promovere,
„ statuta, ordinationes, reservationes, dispositiones,
„ et mandata huiusmodi observare, et eis intendere cu-
„ rabo.

Archiv II 54

Go H. lit. u. 54 3.

PROBLEMA
POLITICO-IURIDICUM,

UTRUM II, QUI SACRA PROFITENTUR PROTESTANTICA, AD ATHENAEA CATHOLICORUM, LITERARUM AMORE CONFLUENTES, EORUNDEM ALBO INSERENDI, GRADIBUSQUE LICENTIATUS, AUT DOCTORATUS INSIGNIENDI SINT?

RESOLVIT

IOSEPH. NOB. DE WEINBACH,
S. R. I. EQUES,
SERENISSIMI
BAVARIAE ELECTORIS
CONSILIARIUS AULICUS ACTUALIS, INSTITUTIONUM IMP., PANDECTARUMQUE IN ALMA, CATHOLICA, ATQUE ELECTORALI UNIVERSITATE ANGELOPOLITANA PROFESSOR PUBLICUS, ET ORDINARIUS, EJUSDEMQUE P. T. RECTOR.

ANGELOPOLI
M. D. CC. LXXV.

TYPIS FERDINAND. LUTZENBERGER, TYPOGRAPH. ACADEMICI.

C

Nro 216.

Problema Politice-Iuridicum, de admittendis vel arcendis a Licentiatus, et Doctoratus gradibus acatholicis Athaenea catholicorum frequentantibus etc.

Imprimatur

Regiſtr. Fol. 49.

Sign. München in dem churfürſtl. hochlöbl. Büchercenſurkollegio den 29ten Aprils 1775.

Wilhelm Wodiczka, Sekr.

SERENISSIMO,

ET

POTENTISSIMO

PRINCIPI,

AC

DOMINO DOMINO

MAXIMILIANO IOSEPHO,

UTRIUSQUE BAVARIAE,

AC

PALATINATUS SUPERIORIS

DUCI,

COMITI PALATINO RHENI

S. R. I. ARCHIDAPIFERO,

ET

ELECTORI,

LANDGRAVIO LEUCHTENBERGAE

etc. etc.

MUSARUM FUGIENTIUM
STATORI, AC RESTITUTORI FELI-
CISSIMO,
ACADEMIAE SCIENTIARUM BOICAE
CONDITORI GLORIOSISSIMO,
UNIVERSITATIS INGOLSTADIANAE
INSTAURATORI, AMPLIFICATORIQUE
MAGNIFICENTISSIMO,
ARTIUM, DISCIPLINARUMQUE OMNIUM
REFORMATORI SAPIENTISSIMO,
HOMINUM LITERATORUM
AESTIMATORI, FAUTORIQUE AEQUIS-
SIMO,
STUDIOSORUM ACADEMICORUM
MECAENATI MUNIFICENTISSIMO,
PATRIAE PATRI
O. M.
HOC
ANIMI AETERNUM GRATI, DEVOTIQUE
PRO
RECENTI GRATIA, FAVOREQUE AM-
PLISSIMO
MONUMENTUM
D. D.
D.

DEMISSISSIMUS
AUTOR.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

CONSPECTUS
DISSERTATIONIS.

I.) *Occaſio* Diſquiſitionis *triplex* C. I.
- 1.) Literae Ictorum Herbipol. §. 1. - 2.
- 2.) Cauſa Gmeliana, §. 3. - 4.
- 3.) Confluxus ſtud. proteſt. §. 5.

II.) *Ipſa Diſquiſitio* C. II. quod rurſus diſpeſcitur in tres Titulos::

A.) *Argumenta contraria* §. 7. - 35.

1.) *Communia* contra Univerſitates catholicas *in Univerſum*: §. 7. - 15. quae pertinent

a.) Ad *ſphaeram eccleſiaſticam*: uti ſunt

1.) Conſtitutiones *Pontificiae*, §. 7. - 8.

2.) *Noxii* religionis *Diſcurſus*, §. 9.

3.) *Libri haeretici* invehendi, §. 10.

4.) Difficultas circa *exercitium Religionis*, §. 11.

5.) Et *ſepulturam*. §. 11.

b.) Ad ſphaeram *politicam*: uti eſt

1.) Periculum *morum*, et
2.) *Pacis publicae* §. 12. - 13.

Allocutio ad *Cancellarios* Univerſ. cath. §. 14.

2.) *Specialia* contra Univerſ. *Ingolſtadienſem* §. 15. - 35.
qualia ſunt conſtitutiones, et facta

1.) S. *Pontificum*, ſpeciatim

a.) Bulla Pii II. §. 16. - 21.

b.) Bulla Pii IV. hic recepta §. 21. - 22.

c.) Bullae aliorum Pontificum 23. - 24.

2.) *Cancellariorum* noſtr. §. 25. - 26.

3.) *Sereniſſ. Bav. Ducum, ac Electorum* §. 27. - 35.

1.) Ludo-

Bayerische Staatsbibliothek München

1.) Ludovici Divitis §. 27.
2.) Wilhelmi IV. §. 28.
3.) Alberti V. §. 29. - 30. - 31.
4.) Wilhelmi V. §. 32.
5.) Maximiliani Iof. 33. - 34. - 35.

B.) Argumenta *affirmantium*,

1.) *Communia* pro omnibus cath. univerſitatibus: §. 36. - 47. quae petuntur

1.) Ex *Origine* et *fine* Graduum §. 37.
2.) Ex eorum *indifferentia* ad religionem §. 38.
3.) Indeque profluente *jure Imperantis politici* confe-rendi gradus academicos §. 39. et 40.: excu-titur q. ſpecialis §. 41.
4.) Ex *P. W.*, *mutuaque aequalitate* ibi ſtabilita §. 42.
5.) Ab *exemplis proteſtantium*, et *reciprocitate* ſervan-da §. 43.
6.) Ab *officiis innoxiae* utilitatis §. 44.
7.) Ab *exemplis Acad. Catholicarum* §. 45.
8.) Ex *jure retorſionis* §. 46.
9.) Aliisque rationibus *politicis* §. 47.

2.) *Specialia* pro Univerſ. Ingolſt. §. 48. quae deſumuntur

1.) Ex Univerſitate *Viennenſi* tanquam *matrice* no-ſtra §. 49. - 50.
2.) Ab *exemplis* proteſtantium hic ſtudentium §. 51. - 55.

1.) *Antiquiſs*, qualia exhibent
a.) Rothmarus §. 51.
b.) Epitaphia §. 52.
c.) Matriculae noſtrae §. 53.
2.) *Recentioribus* § §. 54.
3.) *Recentiſſimis* §. 54.
3.) Et *Statutis* noſtris §. 55.

B.) *Re-*

C.) *Responsiones* ad Argumenta oppoſita: reſpondetur

1.) Ad Argumenta *communia*,

1.) Ad Bullas *Pontificias*, *juramenta* que in iis praeſcripta §. 56. - 57.

2.) Ad periculum *religionis* §. 58. - 59.

3.) Ad difficultatem *cultus Divini* §. 60.

4.) Et *ſepulturae* §. 61.

5.) Ad periculum *morum*, *et Pacis publicae* §. 62.

Allocutio ad Principes *catholicos* §. 63.

2.) Ad Argumenta *ſpecialia* contra Univerſ. *Ingolſt.* Sc. ad conſtitutiones, et facta

1) *Pontificum* §. 64. - 68.

a.) Pii II., et IV., juramentaque ab iisdem praeſcripta, §. 64. - 67.

b.) Aliorumque Pontificum, §. 68.

2.) *Cancellariorum* noſtrorum, §. 69.

3.) *Sereniſſ. Bav. Ducum*, §. 70. - 71.

CAPUT I,

SIVE

OCCASIO THEMATIS.

§. I.

Praefixo themati elucubrando cur manus admoveremus, plus una allexit *Occaſio*; inter alios enim *conſultiſſimae* Facultatis faſciculos incidimus nuper in literas Ictorum Herbipolenſium,

Occaſio opuſculi triplex.

I. Litterae Ictorum Herbipolenſ. d.a. 1679.

fium, d. d. 30. Iulii. 1679 (a), quibus, quid in eiusmodi casibus, dum Iuvenes protestantici gradum hic expetiissent, ex parte Academiae nostrae usitatum, observatumque fuerit, informari voluerunt.

(a) Hochedle, Gestrenge, und Hochgelehrte, insonders Großgünstige, und Hochgeehrte Herrn!

Denenselben können wir nicht verhalten, wasgestalt ein Candidatus juris lutherischer Religion bey hiesiger Juristen Fakultät pro gradu licentiae in utroque jure sich angemeldet, dem wir zwar sowohl der hiesigen, als anderer katholischer Universitäten löbliche Gewohnheit iuxta motum proprium Pii IV. qui incipit *Sacrosancta*, et declaratione Cardinalium ad Trid. Sess. 25. de Reform. cap. 2. laut deren in omni gradu die professio fidei solle praestirt, und abgelegt werden, zu remonstriren nicht ermangelt; massen aber derselbe sich nicht abweisen lassen wollen, sondern noch inständiger von uns zu erhalten sich bemühet, auch bereits von etlichen Rechtsgelehrten die Sache überleget, und das aus den beygeschloßnen motivis ermeldtem Candidato in seinem petito, maxime accedente Reverendissimi, et Celsiss. Principis nostri dispensatione, etiam fidei professione non praestita könne deferirt, und die verlangte licentia, si non authoritate Pontificia, saltem Caesarea mitgetheilet, und deferirt werden, geschlossen worden.

Als haben zu mehrerer Sicherheit, und damit wir anderer katholischer Universitäten kein praeiudicium einführen möchten, unsern sonders Großgünstigen, und Hochgeehrten Herrn wir solches communiciren, und weilen kein Zweifel, es werden dergleichen casus bey der löblichen Universität zu Ingolstadt sich ehedessen

zuge-

zugetragen, und begeben haben, dieselben dienstfreundlich bitten wollen, Sie beliebten dero Meinung uns darüber mit wenigen Zeilen zu eröfnen.

Unserer Großgünstigen, und Hochgeehrten Herrn

Wirzburg den 30ten Julii 1679.

Dienstfertigste
Decanus, Senior, caeterique
D. D. ac Professores in Universitate Herbipolensi.

§. II.

Respondit autem Facultas nostra, eiusmodi casus de Studiosis protestanticis adspirantibus ad gradum frequentiores quidem hic recurrisse, eorum autem votis se nunquam gratificatam esse, neque etiam citra specialem S. Pontificis dispensationem gratificaturam (a). Responsoriae.

(a) Wohledle, Gestrenge, und Hochgelehrte, insonders Hochgeehrte Herrn!

Derselben Schreiben unterm dato 30ten Julii nächsthin haben wir angestern zu recht erhalten, und daraus vernommen, wasmassen unsere Großgünstige, Hochgeehrte Herrn aus denen beyverwahrten pro, et contra überlegten rationibus, und motivis, maxime accedente Reverendissimi, et Celsissimi Principis, et Episcopi Herbipolensis dispensatione, etiam fidei professione non praestita einem der Augsburgischen Confession zugewandten Candidato licentiam in utroque jure zu conferiren entschlossen seyen, und zugleich um unsere Meinung anersuchen

ſuchen wollen. Gleichwie wir nun gegen unſere Hochgeehrten Herrn uns um ſo viel dienſtlich bedanken, alſo haben wir auch die vorgemeldte rationes pro, et contra in unſerm Fakultäts-rath wohl eingenommen, und ſollen anbey unſern Hochgeehrten unangefügt mitlaſſen, daß ſich hiebevor dergleichen caſus bey uns zwar öfters ereignet, wir haben aber in Anſehung der Bullae pontificiae, und profeſſionis fidei keinem iemal willfahret, noch auch ſine ſpeciali diſpenſatione ſummi Pontificis will-fahren kunten.

Unſern Hochgelehrten Herrn

Ingolſtadt den 5ten Auguſts 1679.

Dienſtwilligſte
Dechant, Doktorn, und Profeſſorn der iuridiſchen Fakultät churfürſtl. Univerſität allda.

§. III.

II. Cauſa Gmeliana d. a. 1766.

Novior vero propoſitam elucubrationem aggrediendi materies ſe ſe obtulit nobis, dum hoc anno ex actis rectoralibus ad manus venit faſciculus de quodam Studioſo Medicinae *proteſtantico* nomine *Gmelin*, qui anno 1766. huc delatus Gradum Doctoratus a *ſaluberrima* Facultate ſibi conferri ſpecialiter rogavit; cumque abhinc cauſa haec Gmeliana ad ampliſſ. Senatum academicum devolveretur, deciſionemque a maioribus P. P. Acad. ſuffragiis dependere praeduxiſſent Profeſſores medici (a):

(a) Cir-

(a) Circulare *saluberrimae* Facultatis ad ampliſſ. Sen. Acad.

Es hat Herr Gottlob Georg Wilhelm Gmelin, Stuttgardianus Würtenbergenſis, Medicinae Studioſus evangeliſcher Religion bey unſerer mediciniſchen Fakultät geziemend angelanget, daß ſelbem nach mit löblichem, und ungemeinem Fleiße hinterlegtem ſtudio medico der Gradus Doctoratus conferirt werden möchte. Gleichwie wir nun eines theils in den ſtatutis academicis keineswegs inhibirter befinden, daß die Studioſi evangeliſcher Religion mit den Gradibus Licentiae vel Doctoratus nicht begabt werden dörften: anderſeits uns das Exempel, und Beyſpiel auswärtig akatholiſcher Univerſitäten genugſam bekannt iſt, welche auch denen katholiſchen Academicis den Gradum doctoralem zu ertheilen nicht den geringſten Anſtand nehmen, und bemeldter Gradus ſine emiſſa profeſſione fidei catholicae den Catholicis deferirt wird, ia ſogar die Facultas medica Heidelbergenſis unſtreitig, wie auch dem Vernehmen nach die Facultas Herbipolenſis utpote utraque catholica den Juden den Gradum doctoralem ex Medicina zu ertheilen pflegen, als ſind wir auch der zuverſichtlichen Hofnung, daß ein löbliches Conſilium plenum der Graduirung des gedachten Herrn Gmelin nicht entgegen ſeyn werde: wobey wir iedoch zu dero Belieben ſtellen, ob das juramentum Graduandorum (weilen in Anſehung dieſes Academici die profeſſio fidei ad normam Tridentini ohnehin nicht ſtatt findet) gänzlich remittirt, oder aber wenigſtens auf die den Proteſtanten gewöhnliche, und in den ſtatutis academicis vorgeſchriebne Art abgeändert werden wollte. ꝛc. ꝛc.

Ingolſtadt den 28ten Julii 1766.

Facultas medica.

§. IV.

In favorem praedicti Candidati decisa.

Post multas demum altercationes ex concluso amplissimi Senatus ad petitos honores academicos non tantum admissus fuit praedictus D. Candidatus, sed Clement. quoque rescriptum petiti Gmeliani *delatorium* ab aula Monacensi ad nos emanavit (a).

(a) Unsern Gruß zuvor: Würdige, Edle, Ehrsame, und Hochgelehrte liebe Getreue! Auf euren wegen Graduirung des akatholischen Medicinae Studiosi Georg Wilhelm Gmelin gehorsamst erstatteten Bericht bleibt euch pro resolutione gnädigst ohnverhalten, wie wir es zwar pro hoc casu particulari bey euern abgegebenen Gutachten belassen, was aber pro futuro in dergleichen Fällen semel pro semper zu machen seye, darüber wollen wir ein weiters wohl überlegtes Gutachten, und zwar von dem versammelten ganzen Magistratu academico gnädigst erwarten: sind euch anbey mit Gnaden wohl, und gewogen.

München den 17ten Octobers 1766.

§. V.

III. Protestantium ad Academiam nostram confluxus.

Potissimum vero exoptatissima studiorum, scholarumque per Bavariam, praesertim Angelopolitanae nostrae reformatio, novissimaque MAXIMILIANI nostri felicissimi scientiarum RESTAVRATORIS *Ordinatio* de 9na Octobris 1774. tam repentina in Orbe literario celebritate, atque applausu se se circumtulit, ut Studiosos pariter protestanticos Hala, Suecia, Orisque remotioribus excitos ad Academiam nostram literarum amore

re

re confluere admirabundi conſpiciamus. Ne itaque eorum, qui forte in Athenaeo noſtro titulos acad. ambiunt, vota remoremur, in anteceſſum obex omnis, atque difficultas, ſi quam in eorum cum Candidatis proteſtanticis communicatione ſubeſſe exiſtiment forte Principes catholici, removenda eſt: ad quod ipſum impartialem quamdam momentorum pro, et contra militantium expoſitionem, diſcretamque horum ponderationem praeſenti libello inſtituendam, haud inconcinnam, ineptamque fore, nobis perſuaſum duximus.

CAPUT II,

SIVE

DISQVISITIO THEMATIS.

§. VI.

Ordo diſſertationis.

Atque haec *triplex* fuit praeſtatuti *Problematis Occaſio*: in cuius reſolutione ita procedemus, ut *primo* argumenta contraria, *dein* rationes affirmantium, *denique* ea, quae adverſariis reponenda ſunt, nullo partium ſtudio praeconcepti perpendamus, inſimulque, quae Univerſitatem noſtram attinent, ſpecialia ubivis adiiciamus.

TI-

TITULUS I,
SIVE
ARGUMENTA NEGANTIUM.

§. VII.

Negativam videtur evincere Bulla Pii IV.

Non desunt equidem argumenta, quibus ferventiores catholici adolescentes A. C. addictos a studiis, titulisque academicis in terris catholicorum primo limine excludendos autumant: publicam etenim, solennemque fidei catholicae professionem ex formula Tridentina edere, et juramento confirmare sub poena nullitatis tenentur, quicunque in Academiis cath. ad Gradus literarios promoveri gestiunt (a).

(a) Pius IV. Const. in S. Sanct. 1564. in L. VII. Decret. Tit. V. de Magistris, et Doctoribus c. II.

Eiusque Successores Pius V., et Gregorius XIII. P. Zech. Praecognita juris can. §. 66. et rer. eccles. S. 1. §. 152. n. IV. et X.

§. VIII.

De edenda professione fidei catholicae.

Cum itaque professio fidei catholicae ex adductis sanctionibus Pontificum ante Gradum emittenda cum principiis protestanticis combinanda haud sit; etiam huic religioni mancipatis ad insignia Licentiatus, vel Doctoratus in nostris Musarum palaestris aditum haud patere, neque patere in posterum coniiciunt; praedictis enim S. S. Praesulum constitutionibus pientissimis praeposte-

poſtero conſilio contravenire, earumque obſervantiam tot jam ſaeculorum ulu enatam, adhucdum que viridiſſime ubivis vigentem data promiſcue *quibuscunque* gradus academicos in terris catholicorum capeſſendi licentia inſuper habere, conculcareque velle, in ſphaera, poteſtateque Imperantis mere politici quam minime repoſitum eſſe contendunt.

§. IX.

De ſtudioſis Proteſt. noxii diſcurſus religionis timendi ſunt,

Ponamus autem factam acatholicis Vniverſitates noſtras adeundi inhibitionem aliquam, atque repulſam neque ex Bullis praefatorum S. Antiſtitum, neque ex Imperantium catholicorum ſancitis dimetiendam eſſe: ideone minus forte amovendi viderentur? Sane juventuti acatholicae ad noſtra ſcientiarum emporia ingreſſum permittere idem foret, ac viam, portasque eidem aperire, ſua peſſima principia, quibus contra religionem noſtram iam a teneris imbuta eſt, diſſeminandi, iisque doctrinas, quas juvenes noſtri in theologia, S.S. Scriptura, jure canonico, hiſtoria eccleſiaſtica, ac jure naturae imbibunt, ſuſpectas reddendi, itaque tenellos adhuc, cereosque in vitium flecti animos peſſumdandi, praeſertim cum varios hinc inde in materia fidei diſcurſus, diſputationes, rixasque literarias catholicos inter, et acatholicos frequentius exorituras, neque tam facile praecavendas eſſe, haud vano augurio praenunciare fas ſit.

§. X.

Libri- que haeretici in terras cathol. importandi.

Atque utinam peſtifera haec lues dictos intra cancellos compeſceretur! quin imo *ſcripta*, *et libros haereticos* in *almas Academias* invehendos, eorumque colluvie integras mox Provincias inundatum, infectumque iri haud citra lethalem univerſae religionis catholicae ſtragem praeſagire pronum eſt. Ecquid autem magis expedit, iura ſtatim ab initio ſalva, intactaque ſervare, quam poſt vulneratam cauſam medelam quaerere?

§. XI.

Difficultas circa exercitium religionis, et ſepulturam.

Sed non minus in animum inducenda ſunt impedimenta illa, quae tam proteſtanticis in terris catholicorum ſtudia facturis, quam nobismet ipſis poſita advertimus; *illi* enim, quorum ſacra a noſtris penitus aliena ſunt, quo loco religionem ſuam excolent, cuius exercitium nec publicum, nec privatum nullibi neque in noſtra, neque in plurimis aliis catholicorum univerſitatibus proſtat in vicinia? *Nos* autem, ſiquidem illorum aliquem et ſtudiorum, et vitae apud nos finem facere praeproperante fato contingeret, quo loco cadaver reponendum putaremus? aut inferetur coemeteriis catholicorum, aut minus? ſed *prius*, uti vix ferent catholici, ita *poſterius* aegerrime haberetur a proteſtantibus religionis ſuae publicam tolerantiam, aequalitatemque obmoturis: quamobrem poſito juvenum proteſtanti-

ſtanticorum ad nos acceſſu inextricabilis non poſſet non ultro, citroque ſuboriri difficultas.

§. XII.

Allata hactenus dubiorum momenta ex capite *religionis* depromta ſunt: ſed non minora incommoda, ſequelasque ex liberiori acatholicorum ad ſcholas noſtras acceſſu in *rempublicam* pariter *politicam* redundatura annunciamus; cum enim hos indolis conſtet eſſe ferocioris, atque a moribus, pacificoque noſtrorum inſtituto, rationibusque penitus alienos, quid aliud, niſi turbas, depotationes, cantilenas, graſſationes, provocationes, rixas, digladiationes, diſſolutiones effuſiſſimas, duella, vulnera, homicidia, aliaque id genus vitae effraenatae portenta ſtudio nobis accerſeremus, quibus introvectis pax publica, quies nocturna, morum integritas, ſtudiorum exactitudo, omniaque, quaecunque et civibus, et academicis cara ſunt, ex moenibus noſtris proſcribantur, eliminenturque, neceſſum foret.

Periculum morum, et pacis publicae.

§. XIII.

Praevaleat igitur bonum publicum, cedat utilitas privata, praeque puſillo paucorum emolumento ſalus civium, civitatisque univerſa tanquam *ſuprema lex* primas teneat, honosque ille, gloria, et decor, ſi quem tamen per eiusmodi religionis a vitae deſertores ac-

Exulare debet intereſſe privatum in conflictu.

crescere posse nobis abblandiamur, quieti, rationibusque publicis ante feratur.

§. XIV.

Allocutio ad Cancellarios univers. cath.

Quibus omnibus probe perpensis, cum a Cancellariis universitatum nostrarum, eorumque vices gerentibus licentia promovendi petenda, atque impetranda sit (a), eo invigilandum vobis, omnique cura enitendum erit, ut ne insignia, titulosque academicos conferri patiamini, nisi iis, qui fide, religioneque se se ex asse *catholicos* comprobaverint, idque ad exemplum, piissimamque imitationem D. WIDTMANN zelosissimi quondam Cancellarii Universitatis Tubingensis saec. XVI., qui potius urbe excedere, quam Professoribus a fide avita tunc descisscentibus potestatem conferendi titulos academicos conferre maluit: „ nec patiebatur se „ mitigari, quamvis praecipui ex academia ad eum „ missi, et agerent negotium cum reverentia personae „ ipsius debita humanissime, et nihil proficientes testati „ de jure academiae discederent. *Praetendebatur autem in negando mutatio status ecclesiastici, et scholastici, quem sine Romani Pontificis permissione adprobare, adiuvareque sibi minime licere, Cancellarius affirmabat* (b). „

Exemplum Cancellarii Univers. Tubing.

(a) ITTER *de grad. acad. C. VIII. §. 9. p. 196.*
(b) ITTER *de grad. acad. l. c. §. 10.*

§. XV.

§. XV.

Argumenta ſpecialia adverſus Acad. Ingolſt.

Perceptis hactenus argumentis univerſitates in univerſum catholicas aggrediuntur adverſarii: ſunt tamen, qui attemperant ſententiam ſuam diſtinquendo inter univerſitates catholicas in *genere*, et noſtram Ingolſtadienſem in *ſpecie*: atque licet pro illis rationes quasdam, et congruentias militare haud diffiteantur: eas tamen ad Ingolſtadianam quadrare ex allatis in contrarium tum Praeſulum eccleſ., tum Sereniſſ. Bavariae Ducum conſtitutionibus ſtudent evincere.

§. XVI.

Bulla Pii II. Academiam Ingolſt. confirmavit.

Enimvero unde publica, ſolennisque hujatis univerſitatis *approbatio*, *confirmatio* que profecta fuit, niſi ex Indultis, Bullisque Pontificiis?

„ Authoritate Apoſtolica ſtatuimus, atque eti-
„ am ordinamus, quod in eodem oppido de caetero
„ ſtudium generale, illudque inibi perpetuis futuris
„ temporibus vigeat, tam in Theologia, Iure Cano-
„ nico, et Civili, in Medicina, in artibus, quam in
„ qualibet alia facultate. Quodque legentes, et ſtu-
„ dentes ibidem omnibus privilegiis, libertatibus,
„ exemptionibus, honoribus, et immunitatibus, qui-
„ bus Magiſtri, Doctores, et ſtudentes in ſtudio Vien-
„ nenſi gaudent, et utuntur, ſeu uti et gaudere pote-

„ runt,

„ runt, quomodolibet in futurum pariter uti valeant,
„ et gaudere (a).

(a) Ita ſonat Bulla confirmatoria Pii II. de anno 1459. apud Hundium *Metropol. Salisburgenſis* Tom. II. voce *Ingolſtadienſis univerſitas* in additionibus.

§. XVII.

Ad conferendos gradus habilitavit,

Cuinam porro ſummum illud, eſſentialeque ſcholis ſublimioribus *privilegium de conferendis gradibus* niſi huic ipſi praefatae Bullae authori, collatoriique liberaliſſimo in acceptis referat univerſitas noſtra?

„ Quodque illi, qui proceſſu temporis bravium
„ meruerint in facultate, qua ſtuduerint, obtinere, ac
„ docendi licentiam, ut alios erudire valeant, necnon
„ Magiſterii, ſeu Doctoratus honores petierint, illi eis
„ elargiri poſſint per Doctorem, ſeu Doctores, aut
„ Magiſtrum, ſeu Magiſtros facultatis eiusdem, poſt
„ rigorem examinis ſervatis ſolennitatibus conſuetis.
„ Illi vero, qui in eodem ſtudio praedicti oppidi exa-
„ minati, et approbati fuerint, ac docendi licen-
„ tiam, et honorem obtinuerint, ex tunc absque alia
„ examinatione, et approbatione legendi, et docen-
„ di, tam in praedicto oppido, quam aliis univerſi-
„ tatibus, in quibus legere, et docere voluerint, ple-
„ nam, et liberam habeant facultatem (a).

(a) Confer. ſupra alleg. Bulla Pii II. apud Hundium l. c.

§. XVIII.

§. XVIII.

Ex allegatis modo §. 16. et 17. paſſibus Bullae PIANAE argumentum depromunt, ardentque conficere ſententiae negativae fautores, hujatem Univerſitatem, cum nullibi confirmatione, privilegiisque *caeſareis* munita legatur, ſed vel *ſola Pontificum* authoritate, atque indultis donata ſit, vim quoque, poteſtatemque omnem a Sede Pontificia nactam, indeque ut *mere pontificiam* ſpectandam eſſe, ut adeo petitis eôrum, qui ſeſe a Pontificum obedientia retraxerunt, annuere nobis integrum haud ſit. Idque abſque interventu authoritatis Caeſareae.

§. XIX.

Iuramentum vero, quod candidatos in recipiendo gradu praeſtare voluit praelaudatus Pontifex PIUS II., ſequenti conceptum fuit tenore. Formulam juramenti graduum candidatis praeſcripſit,

„ Ego . . . Scholaris ſtudii Ingolſtad. Eyſtättenſ.
„ Dioeceſ. ab hac hora, *ut ante fidelis, et obediens ero*
„ *beato Petro*, ſanctaeque Apoſtolicae Romanae Ec-
„ cleſiae, et Domino meo Domino PIO P. P. II. ac
„ eius ſucceſſoribus canonice intrantibus . . . .
„ ad *retinendum, et defendendum Papatum Romanum*,
„ et Regalia S. Petri contra omnem hominem adiutor
„ eis ero. Autoritatem, privilegia, et jura, quan-
„ tum in me fuerit, potius adaugere, et promovere,
„ ſtatuta, ordinationes, reſervationes, diſpoſitiones,
„ et mandata huiusmodi obſervare, et eis intendere cu-
„ rabo.

„ rabo. Legatos Sedis Apoſtolicae honorifice, et in
„ ſuis neceſſitatibus adiuvabo. *Haereticos, et ſchiſ-*
„ *maticos, et qui alicui ex domini noſtri ſucceſſori-*
„ *bus praedictis rebelles fuerint, pro viribus perſe-*
„ *quar, et impugnabo.* Sic me Deus adiuvet, et haec
„ ſancta Dei Evangelia (a). „

Ecquis autem, ecquis, amabo, proteſtantium adductam juramenti formulam eiurabit, niſi hoc ipſo ſacra quoque proteſtantica abiurare ſibi praefixerit?

(a) Conf. Bulla PII II. apud HUNDIUM l. c.

§. XX.

Hicque ſolenniter recepta fuit.

Atque hanc ipſam Bullam PII II., cuius paſſus praecipuos §. §. 16. 17. 18. 19. extraximus, a Sereniſſimo Duce LUDOVICO, eiusque Sereniſſimo Filio GEORGIO anno 1472. in praeſentia quatuor Reverendiſſimorum Epiſcoporum a ſummis Pontificibus PAULO II., et SIXTO IV. in conſervatores nominatorum ſolenniter hic publicatam, adoptatamque fuiſſe, autor nobis eſt ROTTMARUS (a).

(a) *Annales Academiae Ingolſtadienſis tom. II. p. I. pag.* 38.

§. XXI.

Specialis receptio Bullae PII IV.

Bullam hanc PII II. ſaec. ſubſequenti excepit Bulla PII IV., cuius quippe ſanctionem de profeſſione fidei catholicae ante gradum edenda *generaliter* quidem

dem latam (§. 7.), in Angelipolitana cum interventu poteſtatis tam ſaecularis, quam eccleſiaſticae anno 1568. die 23. Martii *ſpecialiter* promulgatam, praeſcriptamque ibid. juramenti formulam in locum veteris ſurrogatam fuiſſe legimus (a).

(a) Conf. ROTTMARUS *in annalibus Acad. Ingolſt. P. II. p.* 142.

Idem in *Acad. Ingolſt. P. III. p.* 33. ubi verba memoratu digniſſima habentur. „ Sub hoc ipſo Praeſule (MARTINO A SCHAUMBERG Epiſcopo Eichſtadiano, et „ Cancellario Academiae Ingolſtadienſis) anno 1568. die „ 23. Martii promulgata eſt in Academia Ingolſtadienſi Bulla PII IV. ſummi Pontificis de profeſſione fidei, reclamantibus, aut certe aegre ferentibus lutheranae „ doctrinae ſtudioſis, quibus ea via omnis promovendi, „ et cuiuscunque tituli ſcholaſtici recipiendi apud Ingolſtadienſes occaſio praecidebatur. „

§. XXII.

Equidem, quo minus meditata Bullae PIANAE publicatio in noſtra Ingolſtadienſi executioni mandaretur, impedire, remonſtrationibusque animum ALBERTI V. in alia conſilia abripere adlaborabant P. P. Academici, ſtudioſorum quippe, univerſitatisque decrementum inde prognoſcentes (a); in quorum etiam deſideria ut ut alias condeſcenſurus, vinci tamen, ſuperarique ſua erga Eccleſiam obſervantia, pietateque ſe ſe paſſus eſt ALBERTUS (b).

Non absque faſtidio P. P. Acad.

(a) Conf.

(a) Conf. *ex Archivo noſtro* acta publicationem Bullae Pii IV. die 23. Martii 1568. hic factam concernentia N. 55.

(b) Literae Sereniſſ. Ducis Alberti ad Martinum Epiſcopum Eychſtettenſem d. anno 1568.

Vnſer freundtſchafft zuvor, Erwirdiger, in Gott vatter beſonder lieber freundt. Wir haben Euer freundtſchafft ſchreiben, und das Pabſtlich breve, welches Euer fürſtl. hiemit widerumen zuruckempfahen, vernommen, und ſeindt wol ingedenkh, was hievor Euer fürſtl. an uns dieſer ſachen halben glangen laſſen. Das wir uns aber darauf bis daher nit reſolviret, das iſt anderer unſerer obligender Geſchefft halben bſchehen. Vnd weil es die Pabſtlich Heiligkeit, und Euer fürſtl. als der Ordinarius, und Cancellarius unſerer hochen ſchul zue Jnngolſtat, ſo hoch notwendig ſein erachten, das das fürgeſchriben Jurament Jnns werk geſtellt, wiewol wir ſorg tragen, es werd an bſuechung unſerer ſchul nit allein von Studierens, ſonder auch von Promovierens, und ratſchleg wegen, etwas abbruch geben. So wiſſen Euer fürſtl. das das alt breuchig Jurament in genere eben das comprehendiert hat, indem das ein yeder Sedi Romanæ reverentiam, et obedientiam Jurieren müſſen ꝛc.

Was das yetzige in ſpecie mitbringt, welches dann bei vilen ſovil gewürkht, das ſie in künftig, wo ſie gleich nit bei dem gehorſam der Kirchen beliben, dennoch dieſes Juraments ingedenk, und vil beſcheidener geweſen, ſich auch yewol aus der catholiſchen Converſation gar widerkheret haben, aber des alles unerwegen, wollen wir uns von der Pabſtlichen Heiligkeit, und Euer fürſtl. in ſolchen auch nit ſondern, und verſchaffen den unſern von der hochen ſchul hieneben, das ſie demjhenigen, was Jnnen Euer fürſtl. deshalben auflegen

wirdt,

wirdt, alſo nachkommen. Wollten wir Euer fürſtl. deren wir mit nachberlichen Willen, und zue angenemmer freundtſchafft, ſonders wol genaigt ſeyen, zur widerantwort freundtlicher Meinung nit pergen, datum in unſer Stat München den Sontag nach Reminiſcere anno etc. 1568.

Von Gottes Genaden Albrecht Pfalzgrave bey Rhein, Herzog in Obern, und Nidern Bayrn.

§. XXIII.

Bullae Pontificum plurima beneficia in Academiam noſtram transtulerunt.

Quam ſpatioſus modo aperiretur nobis campus, quam vaſta dicendi materies, ſi modo in illuſtriſſima illa *Pontificiae* erga Academiam noſtram *munificentiae* argumenta excurrere, eaque pro condigno decantare, animus eſſet. Conſpicua *haec* apparet ex collatis parochiis, ex praebendis etiam cathedralibus, quarum reditibus Doctores hic legentes etiam in abſentia pleniſſime perfruuntur, ex decimis ad ſuſtentationem Profeſſorum largiſſime conceſſis, ex praerogativis corporis clericalis, aliisque beneficiis ampliſſimis, quae omnia non niſi a *Sede Romana* in nos profecta eſſe, eloquuntur *Bullae*, *Indultaque Pontificia* deſuper emanata (a).

(a) Uti ſunt

1.) Bulla Pauli II. ſuper reditibus a Fundatore pro duodecim perſonis ſecularibus deputatis in uſum Univerſitatis Commutandis 1465.

2.) Bul-

2.) Bulla eiusdem Pontificis, qua de ecclesiis in Landshut, et Landau una pensio pro sustentatione Professorum legentium Universitati conceditur, 1469.

3.) Eiusdem Pontificis compulsorium super pensiones praedictas de eodem anno,

4.) Generalis confirmatio privilegiorum studii Ingolstadiensis a SIXTO IV. Pontifice, 1475.

5.) Bulla SIXTI IV. Pontificis de anno 1475, vi cuius Doctores, Magistri, et Scholares studii in Ingolstadt pro tempore existentes, et in illo legentes, vel studentes quorumcunque suorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, vel sine cura fructus, reditus, et proventus perpetuis futuris temporibus libere, *eaque integritate* percipere valeant, cum *qua* illos perciperent, si in ipsis ecclesiis, sive locis personaliter residerent, et ad residendum in eisdem minime teneantur,

6.) Bulla eiusdum SIXTI IV. Pontificis d. a. 1477., vi cuius promoti in tribus Facultatibus majoribus ad omnes dignitates ecclesiasticas in ecclesiis etiam pontificiis recipi, et pro legitime promotis haberi debeant,

7.) Bulla Pontificia ADRIANI VI. d. a. 1523., vi cuius Ecclesia Bmae V. Mariae Ingolstadii 50 fl., Wemdingensis 80 fl., Abensbergensis 40 fl., Schongaviensis pariter 40 fl. pro annua pensione Universitati Ingolstadiensi solvere teneantur,

8.) Bulla Pontificia CLEMENTIS VII. d. a. 1523. de Serenissimis Bavariae Ducibus data concessione praesentandi

tandi Doctores in Theologia actu legentes ad canonicatus Ecclesiarum Cathedralium Salisburgensis, Augustanae, Frisingensis, Ratisbonensis, et Passaviensis, ut fructus dictarum praebendarum libere percipere queant, quamdiu in dicto studio legentes permanserint,

9.) Eiusdem Pontificis Bulla d. a. 1524. qua ad preces LUDOVICI, et WILHELMI Fratrum, Ducum Bavariae cum consensu KILIANI Abbatis Altaichensis parochia ad S. Mauritium in oppido Ingolstadt cum omnibus fructibus, et reditibus generali studio ibidem in perpetuum ea lege fuit unita, ut Duces Bavariae generalis studii Patroni Abbati Altaichensi idoneam personam cum congrua sustentatione pro vicario perpetuo nominare, Abbas vero eundem Episcopo pro confirmatione praesentare teneatur: quam ipsam Bullam ex liberrima, liberalissimaque parochiae renuntiatione Illustr. D. de LEITNER Consiliarii modo Ecclesiastici Monacensis nuperrime a. 1774. facta executioni datam fuisse, Universitas nostra grato animi affectu sibi gratulatur.

10.) Denique „ Professorum salariis, ac reditibus ex „ decima ecclesiasticorum proventuum *consensu summorum* „ *Pontificum* iam altera vice imposita non levem accessionem „ factam esse testatur HUNDIUS *Metrop. Salisb. de Univers. Ingolst.* ubi modo adductae Bullae Pontificiae plurimam partem collectae reperiuntur, ipsa vero originalia in archivo nostro asservantur.

§. XXIV.

Quibus omnibus pia mente revolutis nonne indecens foret, omnemque devoti, gratique animi sen- Quapropter petitis Protestantico-

 sum

rum haud annuendum.

ſum exuiſſe nos argueremur, ſiquidem in Academia noſtra Ingolſtadienſi, quam ipſe Lutherus tot probris oneravit, omnes autem catholici tanquam fortiſſimum propugnaculum contra haereſes ſuſpexerunt (a), eiusdem Lutheri ſectatores oblatis praemiis allicere, fovere, ac privilegiis inſuper, favoribus, titulisque academicis exornare aggrederemur?

(a) Nam IOANNES ECKIUS in noſtra univerſitate quondam Profeſſor Theolog. „ diſputationes in Theolo„ gia graviſſimas in diverſis Germaniae ſcholis magna cum „ laude ad Lutheri fraudes revelandas, impiamque eius„ dem doctrinam confutandam habuiſſe, ſcriptisque inco„ lumitatem noſtrae religionis, honoremque Eccleſiae ca„ tholicae feliciter aſſeruiſſe, acerrimeque propugnaſſe„ perhibetur in *Annalibus* ROTTMARI P. II. p. 106. indeque „ fortiſſimus religionis catholicae propugnator, gra„ viſſimus haereſeos maſtix, acerrimus, et invictus di„ ſputator, et clariſſimum Academiae noſtrae lumen„ compellatur *ibidem*.

§. XXV.

Eadem mens, ac zelus Cancellariorum noſtr.

Ad ſummorum Pontificum pro fidei avitae firmitate conatus, atque molimina ex viribus ſuffulcienda ſe ſe quavis aetate ardentiſſime impenderunt Reverendiſſ. Academiae noſtrae *Cancellarii*: in cuius rei argumentum orbi literato communicamus *reſponſorias* BOSCIO Medicinae hic Profeſſori paulo ante publicationem

nem saepe laudatae Bullae PIANAAE Eichstadio tunc transmissas (a).

(a) Martinus Dei gratia Episcopus Eystetensis.

Salutatione favorabili praemissa, expertissime, nobis sincere dilecte! Literas tuas, in quibus a nobis petis, ut Bullam ratione fidei profitendae, a PIO eius nominis quarto Pontifice Max. editam, in schola Ingolstadiana, autoritate nostra ordinaria, propter promovendos ibidem, vel promulgemus, vel saltem consilium, quid hac in re facere debeas, tibi significemus etc. accepimus, atque libenter perlegimus. Et primo quidem animum tuum erga religionem nostram catholicam propagandam, candidum, atque sincerum, plurimum approbamus. *Et quamvis ante hoc tempus, Procancellario nostro, Georgio Theandro S. S. Theologiae Doctori scripsimus, ne publicos haereticos, aut in religione suspectos (in quantum id fieri potest) ad honores, et gradus admittat,* „ *aut promoveat; quia tamen hoc etiamnum fieri, ex literis tuis* „ *intelleximus*, nos sane de publicanda ista Bulla certi ali- „ quid definire, aut de re perscribere iam non possumus; „ praesertim, cum negotium istud maiori, et accuratiori „ aliqua deliberatione (cum iis, quorum interest) opus „ habere videatur. Quid vero tandem, communicatis „ consiliis, factu opus sit, ad te, prima data occasione „ perscribemus. Haec literis tuis, quem animi favore, „ et benevolentia complectimur, rescribi jussimus. Da- „ tae Eystadii 8. Decembris anno 1567.

MARTINUS Episcopus Eystetensis.

§. XXVI.

§. XXVI.

Recentius exemplum.

Eadem *Cancellarii* ſparta noſtris temporibus ad amuſſim perfunctus eſt Celſiſſimus Princeps RAYMUNDUS ANTONIUS, cum in praedicti Candidati *Gmelin* ad petitos honores admiſſione quomodolibet impedienda *remonſtratitiis* ad Sereniſſ. Electorem noſtrum peculialiter datis, ſe ſe interponeret (a).

(a) **Durchleuchtigſter Fürſt! unſere willige nachbarliche Dienſte zuvor; Gnädiger, lieber Herr!**

Euer Gnaden mit gegenwärtigem angelegenſten Vorſtellungsſchreiben geziemend anzugehen, werden wir obhabenden Amts halber veranlaſſet. Der bey uns eingekommenen berichtlichen Anzeige nach iſt es an dem, daß bey Euer Gnaden Univerſität zu Ingolſtadt, wobey bekannterdings dem allhieſigen Ordinariat officium Cancellarii zukömmt, ein ſicher der proteſtantiſchen Religion verwandter Candidatus medicinae benanntlich Gottlob Georg Wilhelm Gmelin aus Stuttgart gebürtig zu Erlangung des Gradus doctoralis admittirt werden ſolle.

Nun iſt zwar beym Univerſitätsrektorat durch die Mehrheit der Stimmen (id quod tamen dici vix poteſt; Patres enim acad. ob ferias autumnales tunc maximam partem diffluxerant: quibus poſtea reverſis pluralitas votorum potius ſtabat pro affirmativa) ein abſchlägiges Concluſum gegen die mediciniſche Fakultät erfolget. Es ſtehet auch dieſem Vorhaben erſtberührter Fakultät die löbliche Verfaſſung, worinnen die Univerſität obſervanzmäßig begriffen iſt, beſonders aber,

aber die bey derselben cum interventu tam secularis, quam ecclesiasticae potestatis solenniter publicirte, und recipirte constitutiones Pontificiae, als PII IV., PII V., et GREGORII XIII. felicis recordationis, vermög deren kein Candidatus ohne vorgängiger Ablegung der Glaubensbekanntniß ad recipiendum Licentiae, vel Doctoratus gradum sub poena nullitatis zugelassen werden kann, so weit entgegen, daß solche päbstl. Verordnungen zu derogiren, oder die hierinn versehene poenam nullitatis aufzuheben, allenfalls weder in eines hohen Landsregentens, noch auch des Ordinarii Mächten seyn wurde, eines: andern Theils aber zu besorgen kömmt, daß nach solchen präjudicirlichen Vorgang sowohl dieser, als einer anderen Fakultät, unter dem scheinbaren Vorwande eines der Universität hiedurch zuwachsenden grösern Splendeurs, mehrern acatholicis der ingress gemachet, zugleich auch ketzerische Bücher unter der Hand eingeführet, eben andurch aber zu Unterstützung neuer, und gefährlicher Meinungen ein desto mehrerer Anlaß, und Vorschub gegeben werden könnte. Dessen allen ohngeachtet suchet iedoch öfters bemeldte mediciniſche Fakultät dieses ihr intentum durchzusetzen, und hat in solcher Absicht allbereits an andere Universitäten sich zu wenden, keinen Anstand genommen. Euer Gnaden sehen die bedenkliche Folgen, und das damit verknüpfte periculum perversionis in religione von selbst erleuchtest ein, und eben dieses erwecket in uns die tröstliche Zuversicht, Hochdieselben werden nach Dero für Aufrechterhaltung der wahren Glaubenslehre von denen in Gott ruhenden Durchleuchtigsten Vorältern preiswürdigst anstammenden Eifer nimmermehr zugeben, daß bey gedachter Hochdero Universität zur Verkleinerung des derselben anklebenden Ruhms einer erzkatholischen Universität eine dergleichen Neuerung einschleichen solle, sondern vielmehr diesem unzuläßigen Beginnen

der mediciniſchen Fakultät die ohnſchwer förderſame abhelfliche Maaße mit Verfange zu verſchaffen nicht entſtehen werden. Als wohin wir vom Ordinariat, und Cancellariats wegen ſomit das geziemende Anſuchen ſtellen, und beynebens Euer Gnaden wir zu Bezeugung beheglich nachbarlichen Dienſten ſtets willig, und gefliſſen verbleiben. Eichſtädt den 25. Auguſts 1766.

Von Gottes Gnaden Raymund Anton Biſchof, und des heil. römiſchen Reichs Fürſt zu Eichſtädt

Euer Gnaden

Dienſtgefliſſenwilliger Nachbar, und ergebener Diener Raymund Anton Biſchof.

§. XXVII.

Tranſitio ad Sereniſſ. Duces, Electoresque Bavariae.

Quam pro incolumitate religionis catholicae in Academia iſthac ſervanda ingreſſi ſunt viam ſummi Pontifices, Reverendiſſimique Cancellarii noſtri (14-26.) eadem etiam firmiſſime perſtiterunt Sereniſſimi noſtri *Duces, Electoresque Bavariae.* Qua enim alia de cauſa ſereniſſimus Dux Bavariae LUDOVICUS ſaec. XV. ad univerſalem Academiam hic erigendam adjecit animum, niſi ex intento, et ſtudio *religionis pure catholicae* in terris ſuis ſervandae (a)? quomodo autem, ſi promiſcuus etiam *acatholicis* huc confluendi aperiretur aditus, pientiſſimum hunc finem in futura tempora conſecuturos nos, ſperare fas ſit?

Finis LUDOVICI Div. in erigenda Academia.

(a) ROTT-

(a) ROTTMAR. *Annales P. I. pag.* 37. „ Cum Sereniſ-
„ ſimus Dux Bavariae LUDOVICUS cognomento DI-
„ VES, et re ipſa expertus, et Conſtantienſi, et Baſi-
„ leenſi edoctus eſſet conciliis, quanta in tantis haere-
„ ſum, ſchismatumque renaſcentium erroribus, tenebris,
„ et furoribus doctorum virorum eſſet neceſſitas, ac
„ utilitas, poſt multos alios Germaniae principes ipſe-
„ met etiam ad univerſalem Academiam erigendam, circa
„ annum 1450., aut paulo poſt adjecit animum. „

§. XXVIII.

Zelus WILHELMI IV. pro religione,

Altefati Fundatoris veſtigiis tenaciter inſtitit Sereniſſ. Bavariae Dux WILHELMUS IV., qui ferventiſſimo reſcripto d. a. 1523., quo *Arſatium Seehover* Monacenſem, artium liberalium Magiſtrum articulos quosdam haereticae pravitatis in publico conſeſſu Senatus academici revocare, monaſterioque Ettal includi mandavit (a), generatimque contra doctrinam Lutheranam, quam OTTO HENRICUS amplexus in terris Palatinis, ac Neoburgicis anno 1542. plantaverat, tenerrima religionis catholicae anxietate (b) exaeſtuavit.

(a) **Von Gottes Genaden Wilhelm Herzog in Obern, unnd Nidern Bairn ꝛc.**

Vnnſern grues zuvor: Wirdigen, Erſamen, unnd hochgelerten lieben getreuen! Wir haben eur ſchreiben unns itzt gethan ſeins Innhallts verſtannden, unnd alls Jr unns erſtlich anzaigt, mit was maß Jr Arſacien Seehover vmb ſein lutteriſche verhanndlung zeſtraffen vorhabt, laſſen wir unns ſollich eur fürnemen gefallen,

nemblich, das er sein lutterische Ler in gemainer versamblung unnser Universitet offennlich widerruffen, unnd ainen Ayde schweren, das er hinfüran den lutterischen Irrungen nit anhanngen, Sonnder Bäbstlicher Heiligkhait, kay. Maj., auch unnsern mandaten deshalben ausganngen geloben, auch sich zestundan in unnser Closter Ettal thun, unnd daraus ausserhalb, unnd bis auf unnser abforderung, unnd beuelch nit khommen, noch in demselben unnsern Closter itzt lesen, sagen, oder dem lutterischen anhanng gleichförmig sich merkhen lassen solle, noch wolle, wie Ir Ime dann sollichs alles wol fürzuhallten wisset. . . . unnser Ernnstlicher beuelch ist auch, das Ir eur vleissig aufmerkhen, unnd forsch habet, unnd sovern Ir in unnser Universitet dergleich lutterisch lerer, unnd anhennger erfueret, gegen Inen unangesehen, was stanndts die weren, gleicherweise gegen Seehover beschehen ist, hanndlung fürnemet, unnd unns allsdann gestallt der sachen yederzeit berichtet. An dem allen beschieht unns Ernstlich haissen, unnd gefallen. Dat. Grünwald am montag nach Augustini anno 1523.

(b) Falckenst. bair. Geschichte VII. Th. Class. II. c. V. §. 29.

§. XXIX.

Albertī V. Quantum vero pro fide avita occupatus fuerit Sereniss. B. D. Albertus V., splendidissime promicat ex pientissima illa aemulatione, qua contra privata conventicula ob religionem instituta, excursionesque ad loca, sacraque protestantica efferbuit (a).

(a) Rescriptum Sereniss. Ducis Alberti d. d. 19. Januarii 1560. ad Senatum acad.

Ver-

... Verner habt Jr Euch wol zu berichten, Was wir Euch Im Herbst des negstverschinen Jars zwayer Sectischen Studiosen, nemblich Artopei, unnd Andreen Füchsels halben bevolchen, darauf unns aber, wie sich gedachter Füchsl bisher gehalten, unnd ob er nit durch winkhlschuelen, oder haimbliche Conventicula in der Religion noch unrath schaffe, von Euch nichts zuekhomen, welchs unns etwas befrembt. Bevelchen Euch demnach nochmalen ernnstlich, das Jr unns hierüber eurn lauttern bericht gebet. Weil unns auch fürkhombt, es soll ain schneider beim Spital ain winkhlschuel in seinem haus anrichten, unnd den Leuthen aus verbotnen Sectischen Püchern vorlesen, Euch desselben bei dem Pfarrehr, unnd sonnderlich den im Spital, auch den Jhesuiten, wie es auch sunsten, die von der schuel, unnd Burgerschafft mit dem auslauffen zu den Sectischen Predicannten hallten, grüntlich erkhundiget, unnd unns neben obvermeltem aufs aller ehist nach lenge zue schreibet ꝛc.

Aliud rescriptum eiusdem ALBERTI d. d. 7. Septembris 1565.

Von Gottes Genaden, Albrecht Herzog in Obern, unnd Nidern Bayrn ꝛc.

Vnnsern grues zuvor: Wirdigen, Ersamen, unnd hochgelerten lieben Getreuen! Jr wisst, das unnser mainung ye, unnd ye gewesen ist, unnser lanndt, unnd leuth in der allten wahren catholischen Religion, sovil immer Mennschlich, unnd möglich ist, zu erhallten, Insonnderheit aber bei unnser schuel, unnd Stat Inngolstat, daran unns nit wenig gelegen, die Secten nit einreissen zelassen, unnd so euch dann, alls den gelerten, die wir darumben nit mit ge-

 ringen

ringen unkosten underhallten, unns insolchem underthenigen beistanndt zuerzaigen fünemlich gebürt. So heten wir unns nit versehen, das Jr unns, wa sonnderlich bei der Burgerschafft daselbs dißortts dergleichen einwurtzen wollte, allerdings unanisiret lassen, noch weniger deren schuel gehörigen, darüber Jr zuegebieten habt, winkhlschuelen anzurichten, andere sambt Jnen zuverfüeren, unnd den Phältzischen Predicanten zuzelauffen, gestatten sollet.

Wann unns aber ytz anlanngt, das die Studennten, offennlich, unnd on allen scheuch vasst feyrtäglich hinaus zu den sectischen Predigen in die Phaltz lauffen, so wellen wir, unnd ist unnser mainung, das Jr euch allsbaldt, unnd unverzüglich erkhundiget, wer dieselben, so alls auslauffen, oder sonnsten bei der schuel winkhlpredigen anrichten, oder verfüeren wellen, unnd von wannen sie seien, wie sie haissen, ob es Preceptores, Magistri, oder Discipuli, Stipendiaten, oder anndere Scholares, oder Auditores sein, allsdann unns dasselb unndertheniglich berichtet, unnd danneben eur guetbedunkhen zueschreibet, wie Jr vermaint, das schuel unnd Stat, in der catholischen Religion zu hallten seien. Daran thuet Jr unnser ernnstlich haissen. Dat. auf unnsern Schlos Töltz den 7. Sept. 1565.

§. XXX.

Pro religione

Constat porro ex matricula Facultatis theologicae, quod anno 1565. 14. calend. octobris Sereniss. Dux Albertus V. ab Universitate isthac consilium expetierit, *quomodo civitas Ingolst. a contagio haeresis immunis conservari queat?* et ab illa responsum fuit, ut *Serenissima eius Celsitudo juxta puncta transmissa utram-*

utramque rempublicam huius civitatis tam literariam, quam etiam oppidanam in ſancta, vera, et catholica fide, et religione retineat, conſervet, et vel hac ſola via ſubditorum ſuorum animas Deo lucri faciat. Manifeſto ſane argumento, nos, ſiquidem ſententia affirmantium abripi nos pateremur, ſaluberrimas P. P. quondam acad. ſuaſiones, atque conſilia temere eluſuros, atque a nobis ipſis quodammodo receſſuros.

§. XXXI.

Anxietas.

Qua autem ſeveritate in Profeſſores fidei catholicae minus addictos invectus fuerit idem ALBERTUS (a), expertus eſt celeberrimus PHILIPPUS APPIANUS, magni illius PETRI APPIANI Filius, Medicinae, et Matheſeos anteceſſor, qui, cum in ſua haereſi obſirmato animo perſiſteret, et lectione, et ſalario fuit privatus, juſſusque poſt tres menſes ex provincia decedere, niſi forte reſipiſceret, et ad ſaniorem mentem rediret (b).

(a) Reſcriptum ALBERTI ad Senatum acad. d. d. 2. April. 1568.

Von Gottes Genaden, Albrecht Herzog in Obern, unnd Nidern Bayrn ꝛc.

Vnnſern gunſtlichen grues: Wirdigen, Erſamen, unnd hochgelerten lieben Getreuen! Es langt unns an, wie ettliche unnſerer hochen ſchuel zue Jngolſtat Profeſſores, ſich der auferlegten

legten professionis fidei aus lautterer verachtung unnserer allten, waren, catholischen Religion, nit zue geringer ergernus der Scholar, unnd Jugennt daselbs widersetzen, welches unns dann alls einem christlichen catholischen fürsten nit unbillich zue höchsten misfallen raicht, beuelchen euch darauf, unnd ist unnser ernnstliche enndtliche mainung, das Jr Sy, wer die auch seien, aufs ehest für euch erfordert, unnd Jnen mit fürlesung diß unnsers beuelches auferlegt, das Sy solche Professionen, innmassen das von Euch den andern beschehen, thun: Jm fall Sy es aber nochmalen verwaigern wollten, allsdann Jnen Jr lectur, unnd salarium abkhindet, unnd daneben saget, weil Sy sich mit der catholischen Kirchen nit vergleichen wellen, so taugen Sy unns dißorts alls bei einer catholischen schuel gar nit, sollen demnach sich alda hinweg, unnd annderer orten auſſer Lannds nider thun, daran beschehe unnser haissen. Datum Jn unnser Stat München den anndern Aprilis, anno 1568.

(b) Ex archivo Univers. N. 55. voce. *causae religionis.* conf. ROTHM. *Annales acad. Ingolst. p.* 105. ubi legitur praedictum APPINIANUM „ Tubingae docuisse Mathesin, postea quam Ingolstadium propter Lutheranismum deseruit „.

§. XXXII.

WILHELMI V., Eadem Sereniss. Patris pro religione sollicitudo anxium continuo, inquietumque tenuit pectus WILHELMI V., qui, quo magis incolumitati religionis insudaret, sectariorum hic studentium nomina, designationemque sibi transmitti peculiari rescripto §. 52. (a) adducendo mandavit.

§. XXXIII.

§. XXXIII.

Avitam hanc Sereniſſimorum Progenitorum pietatem, atque religionem ſequiori aetate refrigeſcere ullatenus caepiſſe, adeo non exiſtimandum eſt, ut potius in SERENISS. NOSTRO ELECTORE cum ipſo velut ſanguine pleniſſime transfuſa, pulcerrimeque corradiare in dies conſpiciatur: quis enim non absque ſingulari animi conſolatione recordetur, quod, cum aliquot abhinc annis SERENITATI ſuae pientiſſimae oblata eſſet quaedam diſputatio medica ſine inſcriptione *almae*, et *catholicae* Univerſitatis Ingolſtadienſis, praefata Clementiſſima SERENITAS brevi temporis intercapedine ad noſtram Univerſitatem ferventer catholice d. a. 1755. reſcripſerit, ne poſtea in lucem prodeat diſputatio aliqua praedicato *catholicae* deſtituta? DIVI MAXIMILIANI noſtri

§. XXXIV.

Quibus accedit, quod aliquot abhinc annis a SERENITATE ſua Clementiſſima expreſſe, iteratoque demandatum fuerit, ne ullus academicus hic loci toleretur, qui *Congregationem Marianam* non ſit diligenter frequentaturus: quam cum anno elapſo ferente ita tum temporum injuria tantisper interrumpi contigiſſet, quam ſeria, geminataque ad eam quantocyus reſtaurandam reſcripta ex *pectore* DIVI MAXIMILIANI noſtri ferventiſſime *Mariano* huc profluxiſſe Pro religione

noviſſime recordamur? qua autem fiducia eos, quos cultus parthenii oſores fecit ipſa religio, ſanctiſſimi praecepti electoralis cuſtodes fore ſperabimus?

§. XXXV.

Studium. Denique ſummum illud religionis noſtrae in puritate avita ſervandae *ſtudium*, quo incitatus hujates Profeſſores, quorum fidem incuſare, ſuſpectamque reddere calumniantium invidia adlaborabat, formulam fidei catholicae renovare juſſit *Princeps noſter* de religione catholica meritiſſimus, *ſtudium* hoc, aliaque plurima ad aeviternam ipſius gloriam commemoranda reſtarent, niſi haec ipſa, qua pro puritate fidei catholicae fertur, teneritudo ubivis gentium celebratiſſima, liquidiſſimisque rerum argumentis dudum comprobata ſuſpiceretur.

TITULUS II,

SIVE

ARGUMENTA AFFIRMANTIUM.

§. XXXVI.

Rationes affirmantium. Verum enimvero praedicta *negantium* argumenta, utut ex animo ſincere catholico proficiſcantur: *affirmantium* tamen ſententiae pectore non minus catholico ſubſcribere, acceſſumque eorum, qui diverſa a noſtra religione dogmata profitentur, academiis noſtris,

ſtris, reique catholicae innoxium pronuntiare haud reformidant, quibus ſaltem animus praejudiciis vacuus eſt, noſtrates catholici.

§. XXXVII.

In ipſos etenim graduum acad. *natales*, *originem* que *philoſophicam* retrogreſſuri, eos non ex alio profecto fine invectos dixerimus, niſi ut iisdem, velut publicis exantlati laboris, adhibitae diligentiae, hauſtique profectus *braviis*, atque *teſtimoniis* inſigniantur abſolventes Candidati, ſtudentesque talismodi et virtutis, et doctrinae auctoramentis ad ſimilia animati quascunque ſtudiorum moleſtias aemula diligentia ſuperent, comparataeque doctrinae fructibus et ſibi, et patriae prodeſſe adlaborent.

Origo dignitatum academicarum philoſophica.

„ Catuſa impulſiva, et rationes, quae ad intro-
„ ducendos gradus academicos eorum autorem mo-
„ verunt, fuerunt procul dubio non aliae, quam ut
„ honoribus iſtis, velut praemiis quibusdam incita-
„ ti, ardentiori cura, majorique induſtria ad ejus-
„ modi ſtudia contenderent homines, unde non mi-
„ nima reipublicae ſalus ſperari poterat: tum etiam,
„ ut quos quisque in ſtudiis feciſſet progreſſus, his
„ tanquam certis quibusdam, et indubitatis notis fie-
„ ret teſtatum, hocque medio diligentes a negligenti-
„ bus, doctos ab indoctis ſecerneret, cuiusque adeo

„ opera in obeundis publicis muneribus commode uti „ poſſet, nec ne, qui haec diſpenſandi in republica „ habeat facultatem, conſtaret „ (a).

Cum itaque ſtudiorum Facultates titulos academicos in remunerationem diligentiae, perceptique fructus impertiri ſoleant, qua fronte publica haec togatae militiae trophaea Candidatis proteſtanticis, ſiquidem ea, ut indefeſſi, intrepidique ad moleſtias literarias pugiles rite perfuncti fuerint, denegabimus?

(a) ITTER *de grad. acad. cap. III. §. II.*
CARPZ. *jurisprud. conſiſt. l. II. t. XXV. def.* 408. *n.* 1-5.

§. XXXVIII.

Collatio graduum eſt res indifferens ad religionem.

Graduum namque academicorum ea eſt natura, ac indoles, ut, quatenus *objecta*, *jura* que *profona*, *ac mere politica* reſpiciunt, eos ſpiritualitatis quidpiam participare nullibi appareat, eorumque proinde *collationes* ad *actus* mere *adiaphoros*, *religioni* que omnino *innocuos* referri, atque in ea qualitate ubivis gentium agnoſci, reputarique neceſſum ſit.

§. XXXIX.

Iura Imperantis politici in conferendis gradibus,

Quo ipſo *Imperantibus* etiam *politicis* jus graduum academicorum firmiſſimo thalo adſtrui poſſe ſuapte conſequitur; quatenus enim gradus ex *ſtudiis mere profanis* capeſſendus eſt, ſolumque ad *effectus civiles*, uti

ad

ad munera publica v. g. Profeſſoris, Iudicis, Advocati, Doctoris, Medici, Notarii etc. qualificare debet: eatenus poteſtatem etiam politicam, *caeſaream* pro imperio, *territorialemque* pro territoriis ſufficere contendimus (a), atque ex *poteſtatis* tum *ſacrae*, tum *politicae* abs ſe invicem independentia, fixisque lege divina limitibus propaleſcit (*).

(*) Cum itaque dignitates acad. ex Philoſophia, Medicina, Iure civili in ordine ad effectus *pro ſphaera eccleſiaſtica* peti, obtinerique haud aſſolent, earum validas quoque collationes vel unica *Imperantium politicorum* poteſtate abſolvi, atque ad quoscunque religionum in imperio toleratarum conſortes protendi poſſe, absque haeſitatione dixerimus.

(a) Excell. L.B. DE KREITMAYR p. V. c. XXIII. §. II. c. d.

ITTER *de grad. acad. c. VI. §. V. - XIV.*, *ibique alleg. Autores cath.*

ZIEGLER *de jure creandi Doctores etc. §. III.* „ nec vero „ ſolus papa eſt, qui dignitates conferendi poteſtatem habet, ſed competit ea etiam Imperatori in terris imperii, et in ſuo territorio cuilibet Principi alii ſummum imperium tenenti, inconſulto Pontifice, imo etiam diſſentiente „.

§. XL.

Autoritas vero *eccleſiaſtica*, atque *Pontificum tum demum* ſuperaccedat, formaque ab iisdem praeſcripta exacte ſervetur, oportet, quando graduum Candidati

Atque Pontificum.

didati aut ex *objecto eccleſiaſtico*, et *ſpirituali*, uti Iuris Can., Theologiae gradum ſuſcipere, aut *jura eccleſiaſtica* v. g. praebendas, beneficia, aliave commoda a Pontificibus, et Epiſcopis noſtris profectura titulo acquiſiti gradus participare diſcupiunt (*);

(*) Vetus namque principium, quo academiae numerabantur inter *corpora eccleſiaſtica*, dudum deſeruimus, academias circa quaeſtionem: *cuius jurisdictioni ſubſint cauſae ad totam univerſitatem pertinentes*? non amplius ex conſtitutione earum priſtina, ſed ex fundatione, et privilegiis Pontificiis, Caeſareis, ac Principis territorialis dimetientes (a); eodem jure habetur Univerſitas Ingolſtadienſis: „ wird gedachte Univerſität, wenigſt heut zu Tage, nicht mehr für geiſtlich, ſondern für weltlich geſchätzt, und ſtehet theils in dieſer Qualität, theils wegen der dahin gehörigen Hofmarch Schamhaupten als Landſtand unter den churfürſtl. Dicaſteriis, muß auch obverſtandnermaſſen die Appellation a Senatu academico ad Reviſorium electorale geſtatten, und iſt mit der Decimation, welche allen geiſtlichen Communitäten im Lande obgelegen geweſen iſt, verſchont geblieben (b).

(a) P. Zech *de jud. eccleſ. ſ. I. §. 92.*

Eckarts Erklärung über *Schilteri inſt. jur. can. l. I. t. XIII. §. II. n. 54. - §. III.*

Itter *de grad. acad. c. V. §. VII.*

(b) Excell. L. B. de Kreitm. *p. V. c. 23. §. 7.*

§. XLI.

Utrum Princeps cath. ſtu-

Alia exſurgit quaeſtio: *utrum quoad effectus eccleſiaſticos dependenter a jurisdictione proteſtantium eccleſiaſtica percipiendos validus, atque efficax haben-*

habendus ſit gradus, potiſſimum theologicus, quem dictae religionis adſeclis in academia ſua elargiretur forte Princeps catholicus (*)?

diosis proteſtanticis poſſit conferre gradus theologicos?

Negabunt alii: tum quod I. poteſtas eccleſiaſtica una cum effectibus abinde propullulantibus juxta principia *religionis catholicae* non cohaereat cum poteſtate politica, ſed ab hac diſtincta plane, ſeparataque reputetur: tum quod II. difficultas *examinis*, quod in theologicis inſtituendum foret cum candidato, diverſae religionis principiis imbuto, atque III. *juramenti*, quod in recipiendo gradu theologico eſſentialiter diverſum habent catholici, et proteſtantici, caſus poſſibilitatem vix non omnem abſorbeat:

Affirmabunt alii: eoquod (ad I.) ſuſpenſa Pontificum, Epiſcoporumque catholicorum in A. C. addictos jurisdictio eccleſiaſtica, ac, quod inde dependet, *intra terminos cujusque territorii ſe continere* jubeatur(a). Cum itaque jurisdictio eccleſiaſtica in *ſubditos proteſtanticos* ex ſuperioritate territoriali tanquam fundamento *communi* aeſtimanda, ideoque Statibus non minus *catholicis*, quam proteſtanticis adſtruenda ſit (b), hinc gradibus theologicis velut poteſtatis eccleſiaſticae effluviis a Principe etiam *catholico* valide donandos eſſe proteſtanticos rectius exiſtimant: modo (ad II.) Univerſitas, aut ſaltem Facultas theologica ex Profeſſoribus

bus in partem proteſtanticis *mixta* ſupponatur, quales ſunt Erfurti, Heidelbergae etc.; atque (ad III.) formula *juramenti*, a promovendo praeſtandi, principiis proteſtanticis innocua, indifferensque fuerit concepta (**).

(*) Studio prolatam quaeſtionem reſtrinximus ad Principes *catholicos*; Status enim proteſtantici, in quos quippe jus dioeceſanum, totaque jurisdictio eccleſiaſtica ſuſpenſa eſt (c), curam tam *regionis*, quam *religionis* ſibi vindicare, *gradus* que etiam *theologicos*, commodaque iisdem annexa proprio marte, autoritateque territoriali conferre, leges publicae, quotidianaque praxis corroborant.

(**) Caſus poteſt eſſe perfrequens, quando v. g. Princeps catholicus numerat ſubditos proteſtanticos, eosque ad gradus quoscunque etiam theologicos in univerſitate ſua capeſſendos obſtrinxerit.

(a) *Pax Oſnabr. art. V.* §. 48.

(b) BEHLEN *diſſ. de veſtigiis jurisd. eccleſ. Epiſc. cath. Ger. in A. C. Statuum ſubditos proteſt.* §. *XI.*

Illuſtr. SUNDERMAHLERUS *de ſuſpenſ. jurisd. eccleſ.* §. *XIX. ſeq.*

(c) *Art. V.* §. 48. *P. O.*

§. XLII.

Sententia affirmativa probatur ex P. W.

Qui proteſtanticos ab athenaeis noſtris amovendos volunt, quo, neſcimus, pacto thema ſuum concilient cum *Pace Weſt.*, cuius differta diſpoſitione cavetur, ut *inter utriusque religionis conſortes ſit exacta, mutua-*

mutuaque, aequalitas ita, ut quod uni parti juſtum eſt, alteri quoque ſit juſtum (a), *atque, ſive catholicae, ſive auguſtanae confeſſionis fuerint ſubditi, nullibi ob religionem deſpicatui habeantur, nec a mercatorum, opificum, aut tribuum communione, haereditatibus, legatis* etc., *aliisque juribus* (quorſum ex mente ſummorum Pacifcentium etiam innoxius proteſtantium ad noſtras literarum officinas acceſſus referendus videtur) *aut commerciis etc. arceantur, ſed in his ſimilibus pari cum concivibus jure habeantur, aequali juſtitia, protectioneque tuti* (b): quo, inquimus, auſu iis, quos tanquam omnium jurium politicorum participes vocat, appellitque *Pax Weſt.* (*), commercia literaria in noſtris ſcientiarum emporiis praecludere praeſumant ſententiae negativae patroni, non diſpicitur.

(*) Ut ut dictae Pacis ſanctiones in *Bavaria* ex aſſe ſemper catholica *quoad punctum religionis* nunquam fuiſſe receptas, neque in praxin deductas alii quidem obtendant quoſuper confer. EXCELL. L. B. DE KREITM. *p. V. c.* 20. §. 12.

(a) Art. V. §. §. 1.

(b) l. c. §. 35.

§. XLIII.

In conformitate praelaudatae P. W. videmus juvenes noſtros *catholicos* in academiis proteſtanticis ad ſtudia, titulosque academicos absque difficultate admit- Ab exemplis proteſt. et reciprocitate ſervanda,

ti, ampliſſimisque Principum proteſt. favoribus, atque privilegiis academicis promiſcue cum ſtudioſis proteſtanticis excipi, imo beneficiis etiam eminentibus, uti gratuito convictu, habitatione, ſtipendiis allici, atque foveri, illucque, quod ſummum eſt, Profeſſores etiam catholicos ad cathedras publicas oblatis ſummis honorum titulis, largiſſimisque ſalariis vocatos fuiſſe conſtat (a): quo ſplendidiſſimo *proteſtantium exemplo* confundi nos, perturbarique neceſſum foret, niſi et *jura* iisdem *reciproca*, data occaſione ultro, geſtientique animo impertiremur.

(a) ITTER *de grad. acad. ſuppl. ad c. VII.* §. 2. „ Sed „ in Imperio diverſitas religionum hactenus non attendi„ tur, quin in academia aug. conf. creari poſſit Doctor „ Iuris, aut Medicinae, etiam is, qui vel pontificiae, vel „ reformatae religioni deditus eſt, quia jurijurando docto„ rali religionis juramentum inferi non ſolet, *teſte* STRU„ VIO in jurispr. ſacra „.

Recentiſſime dicta comprobant literae Göttingenſes Illuſtriſſimi PÜTTERI ad nos datae.

Euer ꝛc. kann ich auf dero geehrteſte Anfrage von 1. dieſes zwar nicht ſo genau gleich melden, wie viele Katholicken eben in dieſem Semeſter, bey uns immatrikulirt ſind, weil dieſes eine etwas mühſame Nachforſchung erfordern würde. Es wird aber vermuthlich dero Abſicht ein hinlängliches Genügen thun, wenn ich die Ehre habe zu verſichern, daß ſeit mehrern Jahren beſtändig eine beträchtliche Anzahl von dero Religion hier ſtudire; wie dermalen z. B. ein polniſcher Graf von Biſtry ſich hier aufhält, imgleichen ein Sohn des churmayntziſchen Comitial-

mitialgesandtens Freyherrn von Lynker, ein Herr von Kolb aus Dusseldorf, ein Herr von Geißweiler aus Mannheim, ein Herr von Schönhammer aus Schwaben, ein Herr von Laßaux aus Trier, ein Herr von Spiegel aus dem Köllnischen, die mir nur so eben beyfallen, ohne eine ungleich stärkere Anzahl Unadelicher zu gedenken; und von solchen, die noch nicht lange von hier weg sind, z. B. ein Graf Odonel aus Wien, Graf Truchseß-Zeil, Graf von Kettler, Grafen von Oettingen Wallerstein, Graf von Salmour, Herr von Lehrbach, von Redwitz, von Aufseß, von Lochner, von Rottenhan, von Dalburg, von Breidtbach.

Auch bey Graduirungen wird hier zwischen Katholischen, und Protestanten gar kein Unterschied gemacht. Denn die Eidesformel sowohl von Doctoribus, oder Licentiatis Iuris, als Medicinae enthält hier nichts, was nicht beyde Religionsverwandten gleich gut schwören könnten; wie dann noch nicht gar lange ein Herr Westhus aus Münster hier Doctor Iuris geworden ist, auch vor mehrern Jahren Herr von Ledergern aus Wirzburg, und mehrere, die mir nicht gleich beyfallen.

Auch von Freytischstellen, worinnen eigentlich unsere Beneficia bestehen, sind Katholische nicht ausgeschlossen, und seit 1748. ist hier beständig ein katholischer Geistlicher, der Messe liest, wozu zu Zeiten auch noch ein, und andere Geistliche kommen, die Studirens halber, oder als Hofmeister sich hier aufhalten, denen dann auch nicht verwehrt ist, Messe zu lesen.

Göttingen den 28. Febr. 1775.

Johann Stephan Pütter.

§. XLIV.

Dum enim tyrones protestantici in nostris literarum emporiis excipiuntur, nec domicilium figere, nec

Ab officiis innoxiae utilitatis,

nec munera publica captare, nec propagare ſeſe, familiamque conſtituere intendunt, ſed commorantur velut hoſpites unice ſtudiorum cauſa, unumque, aut alterum curſum emenſi alio avolant, nihil caetera machinantes, quo respublica noſtra literaria, politica, aut eccleſiaſtica vel minimum periclitaretur: quapropter eorum ad nos ingreſſus pertinet ad *officia innoxiae utilitatis:* haec autem (ſaltem ſi *negativa* ſint, mereque in patiendo conſiſtant, uti advenire, commorari, collegia frequentare, iterumque diffluere) etiam *perfecta* eſſe, mediisque compulſivis a quolibet extorqueri poſſe, ex principiis Iuris Gent. edocemur (a).

(a) Perilluſtr. de MARTINI *poſ. de Iure civitatis c. XX.* Illuſtr. SCHRODT *ſyſtema Iuris Gent. p. I. c. III.* §. 7. - 11.

§. XLV.

Ab exemplis acad. catholicarum,

Ne autem, dum proteſtantes graduum academicorum cum juventute noſtra promiſcue volumus eſſe participes, aſſertum noſtrum inſolens videatur, ac paradoxum, bonoque religionis adverſum, tenendum eſt, *exempla*, quibus promotiones diverſae a nobis religioni addictorum, *judaeorumque* adeo in Paduana, aliisque Galliae, et Italiae univerſitatibus factae comprobantur, non deficere, (a) imo *nullo habito diſcrimine religionis* Profeſſores *quoscunque* in terris, univerſitatibusque *mere, archique catholicis* ad publica docendi, interpretandique munia convocari (b).

(a) IT-

(a) ITTER *de grad. acad. c. VII. §. III. IV.*

Imo haud ita pridem *ſc.* d. 20. Dec. 1774. nobis faſces Rectorales tenentibus LUDOVICIANO - MAXIMILIANEA noſtra in album civium ſuorum retulit *judaeum*: BERH. LIBEMANN Papenh. med. Sudioſum: ut taceamus judaeos baptizatos, qualis eſt GOTTL. EHRLICH Dresd. Saxo. eod. die matriculis noſtris inſcriptus.

(b) Augsb. ord. Poſtzeitung Nro 1. den 2. Jener 1775.

Aus dem Münſteriſchen den 16. Decembers. „ Was die „ Errichtung der neuen Univerſität betrift, ſo ziehet es ſich da„ mit in die Länge, doch iſt das Kloſter Uberwaſſer bereits „ eingezogen, deſſen Einkünfte zu der neuen Akademie beſtimmt „ ſind. Bey künftiger Beſetzung der Lehrämter in der juridi„ ſchen, und mediciniſchen Fakultät wird auf keinen Unter„ ſchied der Religion geſehen werden.

Idem legitur in den akad. Erlanger Nachrichten voce: Erfurt: „ die theologiſche Fakultät war ehehin ganz katholiſch, „ und docirte ſeit 1566. nur ein lutheriſ. Profeſſor, nemlich der ie„ desmalige Senior Miniſterii; nun aber ſeit 1767. iſt ſie, gleich „ nach 200. Jahren, auf Interceſſion des vorigen Hrn. Stadt„ halters, Hrn. von Breidtbach, ſo 1770. verſtorben, von Sr. ietzt „ regierenden churfürſtl. Durchlaucht zu Maynz, mit vier proteſ„ ſtantiſ. Lehrern vermehret, und alſo eine völlige Fakultas theo„ logica Auguſtanâ Confeſſionis errichtet worden, die nächſtens „ confirmirt werden ſoll, ſo wie ſchon bisher die übrigen Fakultä„ ten mit katholiſchen und lutheriſchen Lehrern gleich beſetzt waren.

§. XLVI.

Quantum vero admiſſa adverſantium ſententia vapulemus nosmet ipſi, ex ſequenti hypotheſi inluceſcet. Ponamus enim unam, alteramve univerſitatem proteſt. Ex jure retorſionis,

Profeſſorum per omnes facultates celeberrimorum ſelectu, ſubſidiis inſuper pretioſiſſimis (uti apparatu librorum omnis generis, inſtrumentorum in phyſicis, mathematicis, chymicis etc. immanibus ſumtibus comparatorum, herbarumque exquiſitiſſimarum, rariſſimarumque undequaque advectarum, et indies advehendarum collectione, et ſi qua alia ad ſplendorem univerſitatibus conciliandum excogitari poſſunt) uberrime locupletatam, reliquas ſuper omnes etiam catholicas efflorescere, longiſſimeque excellere: Principem vero territorialem non niſi *propriae* ſuae religionis conſortes doctrinae, fructuumque ibidem percipiendorum participes; juvenes contra *catholicos* illius ab ingreſſu propulſos velle, atque excluſos, eumque publica adeo, privataque civium ſuorum commoda ex frequentiori juvenum *catholicorum* coetu largiſſime licet redundatura, negligere malle, quam *iſtis* facultatem indulgere, ex ore, vivaque communicatione illorum virorum famigeratiſſimorum veluti limpidiſſimo ſcientiarum quarumlibet fonte doctrinas ſuas, ſolidaque principia inhauriendi: ideone Princeps eiusmodi videretur nobis injuſtus, aut iniquus, qui commoda literaria, quae nos iam antea negavimus proteſtanticis, modo noſtris muſarum cultoribus *titulo retorſionis* praecludere, animo ſecum conſtituiſſet, imitatus hac in re edictum praetoris: *quod quisque juris in alterum ſtatuit, eodem et ipſe utatur* (a)?

(a) ff. L. II. *t. II.*

§. XLVII.

§. XLVII.

Aliisque rationibus politicis.

Atque ſi non ſola haec retorſionis (ob rationes politicas, et camerales haud equidem timendae nobis) cogitatio, nonne *honos* ſaltem, *ſplendor*que, (qui, ut ut lumina caecutientium haud perſtringat, ex academicorum diverſae licet religionis confluxu haud dubie conciliatur univerſitatibus) imo *publicae*, *privataeque civitatis noſtrae rationes*, atque *emolumenta*, ſtimulo nobis, atque incitamento inſerviant, ad juvenes, qui ad noſtros literarum mercatus earundem amore unde unde demum advecti, adtractique fuerint, votis ſuis haud defraudandos?

§. XLVIII.

Rationes ſpeciales pro Univerſ. Ingolſt.

Percepta hactenus argumenta quemadmodum pro omnibus catholicorum academiis pugnant: ita non deſunt nobis *ſpecialia rationum momenta pro noſtra Ingolſtadienſi*, ibique admittendis ad matriculam, ſtudia, gradusque proteſtanticis militantia.

§. XLIX.

Eius erectio ad normam Viennenſis, in qua admittuntur

Quodſi enim ad ipſam *Univerſitatis noſtrae fundationem*, atque incunabula retroſpicere lubeat, privilegia ſane omnia, et ſingula Academiae noſtrae conceſſa deprehendemus, quibus *Viennenſis* vel conceſſis jam tum gaudebat, vel concedendis aliquando gaviſura venturis foret aetatibus (a). Viennae autem a ſtudiis, gradibus-

dibusque haud arceri, ſed potius in conſortium omnium privilegiorum, juriumque academicorum adſciſci juvenes pariter proteſtanticos, exploratum eſt.

„ Die Juriſten, und Mediker machen ietzt alle halbe Jahre „ einen Rektor, bey welchem ſich die, ſo nicht der römiſchkatholiſchen Religion ſind, und allda ſtudiren wollen, immatrikuliren laſſen „ (b).

(a) ROTTM. *Annales acad. Ingolſt. p. I. p.* 38.

HUNDIUS *Metrop. Salisb. de Univerſ. Ingolſt.* ibique addita Bulla confirmatoria PII II. d. a. 1459.

(b) LUCAE Europäiſches Helicon 4. Theil VI. Kapit. N. III. wie.

§. L.

Studioſi proteſtantici.

Imo cum Univerſitas noſtra oblata ſibi nuper in memorato D. *Gmelin* occaſione impertiendi gradus anceps fluctuaret, deſuperque *Viennenſis*, velut prototypi, atque matricis noſtrae conſilia, praejudiciaque exquiſiviſſet, alma haec univerſitas, adoleſcentes etiam *acatholicos*, ad examen, ſtudiaque illic *admitti, gradibusque donari*, officioſiſſime nobis reſcripſit (a).

(a) Plurimum Reverendi, Illuſtres, Praenobiles, nec non Magnifici, Excellentiſſimi, ac Conſultiſſimi Viri etc.!

Günſtige Herrn ꝛc. Auf das von denſelben an uns erlaſſene Zuſchreiben, und die in dieſem geſtellte Frage, ob in hac alma Univerſitate von Seiten der mediciniſchen Fakultät

auch

auch die in dem römischen Reiche tolerirte acatholici ad gradum Doctoratus admittirt, und was hiebey für juramenta abgelegt werden? sollen wir dienstlich anerinnern,

Daß Eingangs gehörte löbl. mediciniſche Fakultät die acatholicos ad examen in Medicina zulaſſe, und wenn dieſelbe dieſer Prüfung genug gethan, darauf auch eine öffentliche Diſputation gehalten haben, ſo werden dieſelbe qua Licentiati ausgerufen, und das Diploma ertheilet, wo ſie ſodann der Praxi medicae in ienen Orten, allwo dieſer juxta leges eorundem locorum den acatholicis verſtattet wird, ſich zu unterziehen berechtiget ſind.

Und zumalen nun derley Candidati nur Licentiati, et qua tales renunciret werden, als haben dieſelbe auch kein Jurament de fide, ſo da nur in gradu Doctoratus erforderet wird, abzulegen, wie dann auch in hac noſtra Univerſitate kein acatholicus ad gradum Doctoratus promovirt, und es alſo ad formulam jurandi nicht ankommen iſt.

Welches wir hiemit zur Antwort anfügen, und uns empfehlen wollen.

Plurimum Reverendorum, Illuſtrium, Praenobilium, nec non Magnificorum, Excellentiſſimorum, ac Conſultiſſimorum Virorum etc.

Wien den 27. Auguſts 1766.

Dienſtl.

N. Rector, et Conſiſtorium ordinarium Univerſ. Vienenſis

Ioſeph Gregori Gewey, Doctor, Univerſ. Synd., et Notarius.

§. LI.

Studiosorum acath. hic studentium exempla: antiquiora probantur ex Rothmaro,

Ipsum hoc jus in ortu, primaevaque Academiae nostrae institutione radicatum in exercitium transire passi sunt, neque idcirco sacra catholica ullatenus periclitari sibi persuasum duxerunt Sereniss. nostri Bavariae Duces: testatur enim ROTHMARUS (a), *frequenter eo* (Ingolstadium) *concessisse lutheranos studiosos temporibus superioribus, et gradus ibidem recepisse, nihil et Imperatori, et Sedi Romanae suam fidem adstringere, ut tum moris erat, veriti.*

(a) In Acad. Ingolst. *p. III. p.* 23.

§. LII.

Ex Epitaphiis,

Confirmant id ipsum *Epitaphia* Zucheringae, (pago olim protestantico, atque haud procul ab urbe nostra diffito) lapidibus templi ibidem incisa; quo juvenes quondam protestanticos hic studiis, vitaeque ereptos, eorumque cadavera translocata fuisse memorant inscriptiones sepulcrales, quas ex earum lapidibus desumptas apponere haud abs re fore existimavimus:

Epitaph. I. d. a. 1557.

M. *Ioannes Egenrieder* pie in Christi confessione, et invocatione obdormiens Ingolstadii a. d. M. D. L. VII. Aprilis die VIII., hic in Zuchering sepultus est, exspectans salutarem filii Dei vocem:

Veni-

Venite beati patris mei, possidete paratum vobis regnum ab orbe condito!

Epitaph. II. d. a. 1570.

A. D. 1570. den 25. Jan. der Ehrenbar, und Wohlgelehrte Hieronimus Schrötter von Kitzingen, dieß Zeit jurium Studiosus zu Ingolstadt, seines Alters im 25. Jahr. Gott der Allmächtig welle ihm barmherzig seyn, Amen.

NB. Hic ipse matriculis nostris inscriptus legitur d. a. 1567. die 6. Ian.

Epitaph. III. d. a. 1579.

A. D. 1558. nascitur: 1579. moritur 4. Ian.: Epitaphium fecit moestus pater, Cancellarius Halberstad. et posuerunt fidi amici.

Hermanus Condor tenui isthac *Botticher* urna,
Me me Ingolstadtum sustulit ante diem.

Me Nordhusa vetus, Petro Patre, Matre pudica
Margaride Ernesta protulit in medium.

Halberstadii tellus nutrivit, nam pater isthic
Cancellos curat, Stephane sancte tuos!

NB. Hic ipse Botticher fuit inscriptus albo nostro 10. April. 1578.

§. LIII.

Quibus haec necdum sufficiunt, aut antiquatum deliciis se se pascendi animus est, adeant, et perlustrent

Ex matriculis nostris.

luſtrent matriculas noſtras, in quibus ſtudioſorum uti regionibus, ita religionibus diverſorum integra quaſi agmina haud absque voluptate, ac admiratione deprehendent: paucis enim interjectis menſibus *ſectarios*, ut tunc vocabant, *quindecim*, et ultra huc advolaſſe, teſtantur *matricularum extractus* ex ſpeciali juſſu Sereniſſ. Ducis WILHELMI V. confecti (a), Monachiumque tum transmiſſi (b).

(a) Reſcriptum Sereniſſ. Ducis WILHELMI d. d. 27. April. 1588. ad Rectorem Univerſ. Ingolſt.

Von Gottes Genaden Wilhelm, Herzog inn Obern, unnd Nidern Bairn ꝛc.

Vnnſern grues zuvor: Wirdiger, Hochgelerter, lieber Getreuer! Unns iſt der tagen wol ain verzaichnus der ſectiſchen Studennten zue Jnngolſtat fürkhommen; ſo wir aber unnder andern daraus verſtehen, das ainer, ſo zwayer Graven Preceptor ſein ſoll, auch darunnder begriffen, iſt zu beſorgen, das die Graven auch nit rain ſein werden, unangeſehen dieſelben nit benant, unnd wir darfür halten, dieſer Leuth werden auch ſonnſt noch wol mehr allda verhanden ſein, weder in vermelter verzaichnus begriffen. Jſt derhalben unnſer genedig begern, Jr wellet vleiſſigere nachforſch haben, wie es enndlich mit dergleichen perſonen beſchaffen, unnd unns ſolches, unangeſehn es allerdings one mangel ſein ſoll, herwider verſtendigen. Daran beſchichts zu unnſern genedigen gefelligen willen, unnd ſein damit Eur genediger Herr. Datum München den 27. Aprilis anno 1588.

(b) Abermaliger Bericht an Herzog Wilhelm, wegen den ſektiſchen Scholaren d. d. 2. Junius. 1588.

Durch-

Durchleuchtig Hochgeborner fürst ꝛc. E. F. D. seien mein gehorsam willig dienst in underthenigkeit zuvor genediger fürst, unnd Herr ꝛc. E. F. D. genedigen bevelch an mich alls der zeit bey dero Universitet allhie Rectorn der sectischen Studennten halben ausganngen, hab ich mit gebürender Reverenz empfangen, unnd zue underthenig schuldiger gehorsam desselben nit allein wegen der dreyen Graven von Leiningen, was Religion dieselben zugethann, nachforsch gehalten, sonndern auch mich alles fleiß erkhundiget, ob noch mehr sectische Studennten alls in überschickhten verzaichnus begriffen, allhie; befinde allenthalben sovil, das zur zeit überschickhten Zetl (A) mehrer nit, alls dabey verzaichnet, allhie anwesendt gewest, hierunt zwischen aber etliche in beygeschlossenen Zetl (B) benant hieher khommen, wie es mit der Graven von Leiningen Religion ein gelegenheit, haben E. Frl. D. aus nebenliegenden des Hochgelerten Caspar Hell der Rechten Doctorn, und Professorn bericht (den ich hierinnen der ursachen von Jme erfordert, weilen ermeldte Graven von Leiningen bey demselben wohnen, unnd die Cost nemen, auch allso er dißhalber am besten wissenschafft hat) genedigst zue vernemen, E. Frl. D. mich hieneben diemütig bevelchend. Datum Inngolstat 2. Jan. 1588.

(A) *Schedula prima*, seu nomina studiosorum adversae religionis hoc tempore Ingolstadii commorantium conscripta calend. April. 1588.

1. Georgius Wolfgangus Achatius a Schaumberg Nobilis.
2. Georgius Spiegel, Moravus.
3. Ioannes Dedelbach, Onolzbachius.
4. Georgius Keck, Onolzbachius.

5. Ioan-

5. Ioannes Schlegl, Onolzbachius.
6. Ioannes Iacobus Mosler, Auguſtanus comitum de Leiningen Praeceptor.
7. Plato Mathias Schiller, Norimbergenſis.
8. Ioannes Schnepf, Sulzbacenſis.

NB. *Qui etiam hic fuit creatus jurium Licentiatus.*

9. Georgius Perckmayr, Auguſtanus.
10. Georgius Matzſpergt, Auguſtanus.

(B) *Schedula 2da*, ſive nomina ſtudioſorum ſectariorum, qui a calendis April. usque ad calend. Iun. 1588. ad Academiam Ingolſt. acceſſerunt, ibidemque morantur:

1. Philippus Daniel a Rabenſtein.
2. Ioannes Rechling, Auguſtanus.
3. Ejusdem Praeceptor, Ioannes Georgius Wirth, Auguſtanus.
4. Ioannes Chriſtophorus a Marolding, in Hornbach.
5. Petrus Stornius, Danus, Calviniſta,
6. Leonhardus Stockheimer, Patricius Norimbergenſis.

§. LIV.

Exempla recentiora,

Sed quid ad antiquiora provocamus exempla, dum *recentius* proſtat in ſupra memorato Domino *Gmelin*, quem non tantum ex pluralitate votorum ampliſſimi Senatus academici, ſed inſuper deciſione vel ex ipſo ſacratiſſimi noſtri Bojorum NUMINIS *Oraculo* profecta ad petitos honores admiſſum fuiſſe, omnes meminerimus (Conf. §. 4.) (a); *recentiſſimo* autem *exemplo*

plo nobis ſit D. Erneſtus Chriſtophorus *Henninger*, Oewisheimio Palatinus, jurium ſtudioſus, quem Hala nuper ad nos prolatum ſuffragantibus P. P. academicis civium noſtrorum albo, caetuique die 16. Nov. 1774. aggregavimus.

(a) Excell. L. B. de Kreitm. annot. p. V. c. XXIII. §. XI. c. „ Auf katholiſchen Univerſitäten ſcheinet zwar „ proteſtantibus im Wege zu ſtehen, daß das Concilium Tri- „ dent. bey dem Grad beſchworen werden muß; gleichwie „ man ſie aber ſalva P. W., und ohne Abbruch der darinnen „ feſtgeſetzten Aequalität nicht wohl ausſchließen kann, ſo pflegt „ man auch bey dergleichen Promotionen obgedachtes Jura- „ ment zu übergehen, und ſo iſt es auch erſt im letzten Jahre „ 1766. zu Ingolſtadt *ad exemplum*, *et normam Academiae* „ *Viennenſis*, *et aliarum* obſervirt worden.

§. LV.

Ex allegatis praejudiciis tum recentioribus, tum antiquis facile ſibi quisque perſuaſerit, ſtatuta academica propoſitae ajentium doctrinae nullo tempore adverſari potuiſſe, imo adſtipulari potius eloquuntur Quibus haud adverſantur ſtatuta noſtra.

I. *Statutum de ſchedulis paſcalibus* (a), Quas omnes Academiae juriſdictioni ſubjecti (*ſi catholicam fidem profiteantur*) recipere, easdemque feriis finitis Rectori Univerſitatis, aut ſuo quilibet Paroco per pedellum tranſmittere obligantur: quae diſpoſitio ad *catholicos* reſtricta ſatis innuit proteſtantium

tium ad nos ingreſſum ex mente Sereniſſ. noſtrorum Legislatorum licitum, atque permiſſum ſupponi.

II. *Iuramentum*, quod praeſtari ſolet a typographorum, aliarumque artium ſociis proteſtanticis (b), manifeſto argumento, quod, ſi eiusmodi homines plerumque jam adultos, et ſagaces a noſtra communione haud excludamus, multo minus in dictae Religionis juvenes adhuc diſcolos repulſa ſtatuenda ſit.

III. *Iuramentum* eorum, qui nomina ſua in album ſtudioſorum referri cupiunt (c), quod uti in ſphaera religionis eſt indifferens, ita ab omnibus quoruncunque ſacrorum ſtudendi cauſa huc intrantibus antiquitus fuit obſervatum.

Confecta ſunt hæc ſtatuta, quibus etiamnum utimur, ſub Sereniſſ. Electore MAX. a. 1642. medios inter religionis, bellorumque tumultus, atque diſſidia, quae, cum per ſubſequentem P. W. feliciter ſopita, omnimodaque religionum toleratarum aequalitas ibidem ſtabilita fuerit: quanto tenacius, ſanctiusque praefato ſtatutorum acad. tenori proteſtanticis innocuo, imo favorabili noſtra aetate inſiſtendum eſſe, conſequitur?

(a) Statut. acad. cap. VII. §. II.

(b) Aydt der Hochenſchuel unterthonen, ſo nit geſtudirt, unnd der augsburgiſchen Confeſſion, oder reformirten Religion verwandt ſein.

Ich

Ich gelobe, unnd schwere zu Gott ainen Aydt, das ich dem Durchleuchtigisten fürsten, unnd Herrn, Herrn N. N. in Ober, unnd Nider Bayrn, auch der obern Pfalz Herzog, Pfalzgraven bey Rhein, des heil. Röm. Reichs Erztruchsess, unnd Churfürsten, Landgraven zue Leuchtenberg, als regirenden, unnd rechten natürlichen Erbherrn, nach ihrer churfürstl. Durchl. Ableiben aber dero mannlichen natürlichen Erben, oder anderen rechtmessigen nachkhommen an dem Hochlöbligisten Haus Bayrn, wie auch HerrnRectoriMagnifico, unnd Räthen churfürstl. Universität allhier gehorsamb, getreu, gewertig seyn, ihren Nutzen befürdern, schaden wenden, meinen besten vermögen nach, das ich auch niemandt mit Leibeigenschaft verbunden, nit weniger dasjenige, so mir auferladen'würdet, hallten, unnd sonnsten alles, was einem getreuen underthanen gegen seiner Obrigkheit von Gewohnheit, unnd Rechtswegen zue thun gebühret, getreulich laisten, unnd vollziehen wolle, ohne gefährdte,

So wahr mir Gott helfe!

(c) *Statut. acad. cap. X.*

TITULUS III,
SIVE
RESPONSIONES AD OPPOSITA.

§. LVI.

Quoniam rationum momenta, quibus facta cum protestanticis studiorum, juriumque acad. communica- Respondetur ad Bullas Pontificias,

nicatio intuitu universitatum catholicarum tum generatim, tum speciatim LUDOVICIANAE nostrae tanquam innocua exhibetur, cap. praec. liberius exposuimus; restat modo, ut addilucidandam, corroborandamque veritatem asserti nostri ea modo, quae in adversum prolata sunt, *refellamus*: praeprimis ergo dubitari potest, utrum *juramentum de professione fidei catholicae, tenendaque immaculata B. V. Conceptione* non magis ex aemulatione certi tunc ordinis Religioforum, qui P. P. ex familia D. Dominici a cathedris publicis excluſos optabant, quam unice ex pio intento fidei catholicae contra haereses tuendae sollicitata, impetrataque fuerit, sed quidquid sit: juramentum istud ex praescripto PII IV. a promovendis praestandum vocatis in participium jurium acad. *protestanticis* adeo non abrogatum cupimus, ut pleniſſimum eius usum in sequiores aetates et esse, et manere constanter asseramus; illud tantum contendimus, praedictam formulam, ex quo P. W. jus diaeces. et totam jurisdictionem ecclesiasticam in Augustanae Confessionis consortes suspensam voluit, nonnisi de *catholicis* graduum Candidatis intelligendam esse.

§. LVII.

Iuramentaque in iis praescripta.

Quid ergo Consilii, si qui studiosi protestantium sacris initiati dignitates acad. a nobis exposcerent? eone nomine, quod contenta in praefato juramento

mento fidei catholicae puncta juramento confirmare renisuri sint, dimittamus inanes? *minime gentium*: prohibent hoc officia humanitatis, prohibent leges imperii fundamentales, per quas toleratarum in imperio religionum consortibus de libera, aequalique jurium politicorum perfruitione notorie provisum est. *Quid ergo*? poterit obveniente tali specie juramentum alias consuetum aut omnino remitti, utpote in recipiendis gradibus *naturale* magis, quam *essentiale* (a), aut facta inter juramentum *doctorale*, et *religionis* distinctione formula ad hanc indifferens praescribi eo fere modo, quo academiae protestanticae in juramento a promovendis *cuiuscunque* religionis praestando vel nullam, vel non nisi generalem religionis *Christianae* mentionem injiciunt (b).

(a) EXCELL. L. B. DE KREITMAYR. *p. V.* c. 23. §. II.

(b) *Formula juramenti* a promovendis *jurium candidatis* praestandi in universitate *Altorfiana.*

Ego N. N. juro, me ornamenta Docturae, postea„ quam ea hodie accepero, nequaquam amplius petitu„ rum, nec ultro a quibuscunque oblata denuo receptu„rum, largitione illicita, professioneve huius honoris conse„ quendi gratia, nec usum esse, nec posthac usurum, incly„ tae reipublicae Norimbergensis, ut et universitatis Al„ torfinae filiae ipsius ordinis, praesertim jurisconsulto„ rum honorem, commoda, utilitatem quovis loco, quo„ cunque tempore pro viribus procuraturum, dignitatem

„ comiter conſervaturum, ornamenta honorum a Iuriscon-
„ ſultis tribui ſolita non collaturum, nec conſenſurum,
„ ut tribuatur ei, quem eius gradus decore indignum ex
„ fide mea arbitratus fuero, nec etiam communi autori-
„ tate probatum, ſive conſenſu, voluntateve ordinis in-
„ ſignibus aucturum, quod ſupereſt boni viri officio,
„ in legibus potiſſimum interpretandis, jure reſpondendo,
„ profitendo, advocando, agendō, defendendo, judicando
„ functurum, uti id juris, aequitatis, juſtitiaeque conſultum
„ facere oportet, et par eſt: ita me Deus adjuvet „!

Formula juramenti a promovendis *medicinae ſtudioſis* praeſtandi in eadem univerſitate *Altorfina.*

„ Ego N. N. juro, me inclytae reipublicae Norimber-
„ genſis academiae huic, et ordini Aſclepiadeo pro tantis
„ meritis digna praemia, quantacunque ubicunque pro vi-
„ rili perſoluturum: Inſignia medica hodierna die ſemel ſuſ-
„ cepta ſacrorum nunquam iterandorum loco habiturum, ne-
„ que vero poteſtate ornamenta conferendi, approbandive,
„ quantum in me eſt, nunquam abuſurum: in docenda, fa-
„ ciendaque medicina rationem ſenſu, methodum experien-
„ tia confirmaturum, declaraturum, pacta, praemiaque
„ avara, promiſſa ſuperba fugiturum, pudicitiae non mi-
„ nus, quam ſalutis aegrorum, adſtantiumque rationem
„ habiturum, magicis, ſuperſtitioſis, noxiis medicamentis
„ in univerſum inexploratis ſaltem in humano corpore nec
„ uſurum, nec ea cuiquam commonſtraturum, omnia de-
„ nique artis opera, pietate chriſtiana ſuſcepturum, con-
„ diturum, perfecturum, ita me Deus bene juvet!

Conf. actus promulgationis Altorf:

Formula juramenti a promovendis in *philoſophiae ma-giſtros* praeſtandi in univerſitate *Göttingenſi*:

Prius.

„ Priusquam tibi ſummus honoris in philoſophia gra-
„ dus conferatur, jurabis: fidem, et vitam chriſtianam te
„ religioſe obſervaturum: pietatem, et obſequium Poten-
„ tiſſimo Regi magnae Britaniae, et Electori Brunſvicen-
„ ſium, et Luneburgenſium praeſtiturum: honorem habi-
„ turum Magnifico Prorectori, Decano, et Profeſſoribus
„ reliquis, honoris praeſertim huius autoribus; famam,
„ et honorem huius academiae pro virili parte defen-
„ ſurum: in docendo veritatis ſolius, et publicae uti-
„ litatis rationem habiturum: ita Deus tibi ſit propitius „.

Candidatus reſpondet ad ſceptrum:

„ Ita Deus mihi ſit propitius „!

§. LVIII.

Quod ſi autem ex aſſerta Proteſtanticorum nobiscum quoad literas communione ſacra cath. periclitari, oggeratur nobis: *quare* I. ab academiis proteſtanticis non arcetur juventus catholica, ſacris eorund. aeque periculoſa? *Quare* II. Principes noſtri catholici, imo eos inter Epiſcopi, atque Archiepiſcopi ſubditis ſuis liberrimum ad celebriores proteſt. academias egreſſum (a) non indulgent tantum, ſed publicis etiam ſumtibus, imo juſſu, promiſſioneque acceleranḍae promotionis ſuffulciunt? *Quare* III. ſtudioſi proteſtantici pejoris ſint conditionis, quam ſocii, adjutoresque bibliopolarum, bibliopegorum, aut typographorum, quos

Metus religionis

artis ſuae addiſcendae cauſa etiam in terris catholicorum diutius commorari, ſpecialique juramento nobis devincire obtentu religionis haud praepedimur (§ 55. b.)? *Quare* IV. Sereniſſ. Duces Bavariae de fide catholica ſemper ferventiſſimi medios inter religionum fluctus ſaec. XVI. *ſectarios* ad ſtudia, privilegiaque academica turmatim admittere religioni ſibi haud duxerunt (§ 53.)? aut *quomodo* V. evenire dicamus, quod in civitatibus *mixtae* religionis rara adeo perverſionum exempla deprehendere liceat? ſuppoſito autem, uti non eſt, religionis periculo, nonne VI. pronius, ac naturalius foret concludere, pauciores per plures *convertendos*, quam plures a paucioribus *pervertendos* eſſe?

(a) Conf. literae Göttingenſes §. 43. ſubjunctae.

§. LIX.

Vanus eſt.

Vanus itaque, explodendusque eſt *metus* iſte religionis: idem enunciatum anno nupero unanimiter tulit inclytum noſtrum Collegium Theologicum quaeſtione hac in reformandis ſtatutis noſtris tunc propoſita: imo *temerarius* eſt iſte *metus*: quaſi vero admonitiones, prohibitiones, comminationes recens ingreſſis academicis a Rectoribus ſub ipſa matricula faciendae, librorum aliunde advectorum praeviae inſpectiones, poſitaeque in teloniis cautelae, affixa programata, ſanctiones poenales, aliaque id genus remedia,

quae

quae e bono universitatis, et religionis visa fuerint, nequidquam sufficerent ad quaevis pericula, quae aut discurrendo, aut noxios inferendo libros imminere possent, praevertenda.

§. LX.

Quo excurrendum sit protestanticis cultus div. gratia?

Quonam autem *devotionis* suae, *cultus*que *divini gratia* excurrendum sit studiosis protestanticis, in universitatibus nostris commorantibus, nos quidem haud curamus. Ipsi itaque viderint, quemnam locum hoc intuitu aut propiorem, aut opportuniorem selige-re expediat (*).

(*) Antehac cum terras Neoburgicas religio protestantica adhuc occupaverat (§. 28.), ad pagos circumjacentes sectarios tunc hic studentes allexerat vicinia (§. 29.).

§. LXI.

Ubi sepeliendi?

Casus *sepulturae*, qui anxios tenet adversarios (§. 11.), est intempestive oppositus, atque de raro contingentibus: eo tamen recurrente, unusquisque sibi de humanitate nostra persuadeat, nos ex praescripto P. W. art. V. §. 35. si non eodem, quo catholicis strepitu, atque solennibus, in loco tamen *publico*, atque *honesto*, parentaturos (a), aut si loca protestantica sunt in vicinia, funus illuc deducturos, id quod olim in hac alma Electorali usitatum fuisse, (§. 52) adnotavimus.

(a) Conf. Carpz. jurisprudent. consist. L. II. t. XXII. def. 38.

§. LXII.

§. LXII.

Quomodo quieti publicae fit consulendum?

Qui juvenes proteſtanticos velut efferos, atque intractabiles, pacis, quietisque publicae interverſores, rixarum, aliorumque portentorum autores traducunt, injuriam haud levem iis inferunt, noſtra quippe aetate vix non ubique moratioribus, atque ad omnes leges ſocialitatis, comitatisque efformatis: itaque deponant ſiniſtra haec omina, noſtrasque academias velut totidem minores respublicas intueantur, ac ſuſpiciant, quibus jura majeſtatica, uti poteſtas inſpectoria, legislatoria, judiciaria, punitoria, executoria ad praefixos publicae felicitatis fines conſequendos autoritatem, pondusque conciliant, quorumque vigore diſſolutiones, et delicta quaecunque aut praecavenda, aut commiſſa haud impune abitura ſunt.

§. LXIII.

Allocutio ad Principes catholicos.

Quapropter exploſis modo, devictisque adverſantium machinationibus, ſtudioſis proteſtanticis ad veſtras literarum palaeſtras, honoresque acad. ibidem ſuſcipiendos aſpirantibus nullam remoram injici patiamini, *Principes catholici!* Cancellariis autem praedictos promovendi licentiam abnuentibus, quid obſtat, quo minus inſuper habitis quibuscunque illorum tergiverſationibus, ex plenitudine poteſtatis, jureque (§.39-40.41.) vobis aſſerto optatam laborum exantlatorum coronam iis,

quibus

quibus illa injuſte recuſatur a Cancellariis, Vos ipſi imponatis, atque per veſtras literarum univerſitates imponi curetis (a)?

(a) ITTER de grad. acad. c. VIII. §. 10. 11. „ quando „ absque legitima cauſa poteſtatem conferendi titulos aca„ demicos impertire detrectat Cancellarius, alii ad exem„ plum Tubingenſium id muneris poterit demandari, ſed „ *autoritate etiam ordinaria*, i. e., *eius*, *ad quem academia per*„ *tinet*. Solo enim Profeſſ. ſuffragio Cancellarii digni„ tas, eidemque adhaerens poteſtas ampliſſima conferri „ nemini poteſt; Caeſarea vero autoritate hic nulla opus „ eſt, omnium vero minime Pontificia. Memorabile eſt, „ et fortaſſis ſine exemplo privilegium, quo Roſtochienſi „ Academiae ſollicite admodum proſpexit MARTINUS V. „ Romanus Pontifex, ubi vel negante omnino ſine legiti„ mis cauſis Cancellario, aut qui huius vice fungitur, fa„ cultatem impertiendi promeritos honores, et negotium „ differente conceditur univerſitatis Rectori, ut adhi„ bitis duobus, tribusve Magiſtris, aut Doctoribus ab aca„ demia ſpeciatim ad id electis, Cancellarii munus in ſe „ ſuſcipiat, licentiamque conferendi academicas dignita„ tes promotoribus indulgeat „.

§. LXIV.

Tranſitio ad Acad. Ingolſtadianam.

Quod vero Academiam *Ingolſtadianam* ſpeciatim attinet, ſingularibus illis momentis, quae exagitant adverſarii (§. 15. - 36.), tanta profecto vis ac robur haud ineſt, ut iisdem nos expedire vereamur; enimvero Academia Ingolſtadiana noſtra anno 1472. a LU-

Ejus erectio, ac dotatio.

DOVICO DIVITE Sereniſſ. Bav. Duce *erecta*, publice, ac ſolenniter fuit *inaugurata*, *dotata*, *publicata*, iisdemque privilegiis, quibus *Viennenſis*, *exornata* (a),

Confirmatio Caeſarea.

et licet *expreſſis* Auguſt. Imperat. privilegiis in ipſo ſaltem exortu ſuo, atque incunabulis munita haud ſit, propterea forte, quod Sereniſſ. noſtri Duces ſplendidiſſima comitum Palatinorum ad Rhenum dignitate coruſcent, eoque nomine poſſint creare doctores per univerſum imperium valituros: *Caeſarea* tamen eiusdem *confirmatio*, et *approbatio* tum *tacita*, tum *expreſſa* ex univerſali quorumcunque in Licentiatos, aut Doctores apud nos promotorum pro talibus agnitione, totque academiis, uti Altorffina, Erlangenſi, quas ad normam Ingolſtadienſis, velut matricis, inſtitutas, iisdemque privilegiis condecoratas voluerunt Auguſt. Caeſares, non tantum colligenda eſt, ſed etiam ex fulgentiſſimis MATHIAE ab Auſtria S. R. I. Marchionis, (RUDOLPHI II. Rom. Imper. Filii naturalis), atque FERDINANDI (poſtea Imperatoris hoc nomine II.) literarum amore per quadriennium hic conſidentis (*) exemplis pulcerrime eluceſcit (**).

(*) „ Sereniſſ. Archidux Auſtriae FERDINANDUS „ junior diſceſſurus habuit P. P. Academiae convivas; et „ donavit univerſitatem aurato poculo navalis figurae, „ magni pretii, et artificii „. Ita perhibent matriculae noſtrae: - atque in benignam commorationis recordationem d. d. 28. Ian. 1623. hujati ſctorum ordini *comiti-*

vam

vam confiſtorii, et ſacri palatii imperialis conceſſit, cuius originale in archivo noſtro velut ſanctuarium aſſervatur.

(**) Quam facili alias negotio privilegiis caeſareis univerſitatem ſuam communiviſſet Aug. Imp. CAROLUS VII., ſiquidem illa huic deficere vel ſomniaſſet quispiam.

(a) ROTHMAR. *Annales Acad. Ingolſt. c. de fundatione Acad. Ingolſt.*

§. LXV.

Perpetuam dicitur

Cum itaque omnis collatio graduum, quibus nullus in ſphaera Eccleſiae effectus adnectitur, in Germania a privilegiis Imperatoris, vel domini territorialis (diverſo tamen reſpectu) dependeat, neque concurſus autoritatis Pontificiae eatenus ſit neceſſarius (§.39. - 40.): profecto confirmatio illa, poteſtasque de conferendis gradibus in Bulla PII II. Academiae noſtrae conceſſa Imperantibus politicis aut plane videtur ſuperflua, aut de iis ſolummodo gradibus, qui operari debent effectus pro foro eccleſiaſtico, reſtrictive interpretanda.

§. LXVI.

mere Pontificia.

Nae igitur impudens, juribusque Sereniſſ. Ducum noſtrorum injurioſa ſit ſententia eorum, qui, uti *mere* ſunt *pontificii*, ita pariter Academiam noſtram *mere pontificiam* exclamant, atque ex falſo hoc principio, falſis quoque conſequentiis, orbem literarium inducere praeſumunt; ſi enim illius erectionem (§. 64.) jura-

que politico territorialia circa academias competentia ſpectaveris, erit *territorialis*, ſi confirmationem Caeſaream (§ 64.), erit *Caeſarea*, et ut largiores ſimus, erit etiam aliquatenus *Pontificia*, eo fere ſenſu, quo in diſpenſandis gradibus theologicis, aliisque pro ſphaera Eccleſiaſtica effectus ſortituris interventura Pontificum autoritas etiam a reliquis cath. univerſitatibus agnoſcitur (a).

(a) Imo, ſi originetenus *mere pontificia* eſſet Univerſitas noſtra, nil impedit, quo minus tamen dicenda ſimul eſſet (1) *caeſarea*, et (2) *territorialis*:

(1) „ Puto academias autoritate Pontificis erectas hodie perinde haberi, acſi per ipſum Imperatorem inſtitutae eſſent: dum enim connivet Imperator, et „ fieri permittit, quod impedire poterat, conſenſiſſe videtur. Quin - - - - et multa utilitatis gratia deinceps „ ſuſtinentur, quae nullo jure approbante facta ſunt. - - - „ et praeſumitur utique Imperator, qui tamdiu ſtudia ibi „ tractari permiſit, jus academiae concedere voluiſſe „.

ZIEGLER *de jure erigendi academias* §. VIII.

(2) „Undecunque vero tandem ſive a Pontifice, ſive ab „antiqua conſuetudine academiarum quarumdam repetas originem, Principis tamen Majeſtati derogare per id nequid„quam poteris; ſive enim immediate, ſive mediate ſuam ille „ conferat autoritatem, manet tamen, ſine Principis voluntate-

„ lunta-

„ luntate nullam in ipſius territorio ſubſiſtere academi-
„ am „.

ZIEGLER *de jure erigendi academias* §. *IX.*

§. LXVII.

Iuramenta Pontificia ſtud. proteſtanticos haud ſtringunt.

Eſto autem, illa temporum facie, ubi ſolam catholicam fidem excoluit, alienaque ab hac dogmata abhorruit, reprobavitque Germania, horum *ſectarios* praedicta *juramenta pontificia* edere recuſantes hoc titulo renitentiae a gradibus, dignitatibusque academicis in univerſitatibus catholicorum arcendos fuiſſe: ex quo tamen plures in Imperio religiones caput extulerunt, publica tolerantia, ac quibuscunque juris civilis effectibus aequaliter donatae (a), univerſalis quoque tam Imperii, quam Eccleſiae forma in tantum tranſmutata conſpicitur, ut in eos, in quos omnem epiſcopalem, pontificiamque jurisdictionem ſuſpenderunt Paces publicae, ulla juramentis, aut diſpoſitionibus pontificiis efficacia haud amplius adſtruenda ſit (b): unde eadem quae § 56. et. 57. ſtatuminavimus, huc traducendaſunt.

(a) *Art. V.* §. 48. *P. O.*

(b) Ponamus autem, eos, qui adverſa a nobis dogmata profitentur, ex Pontificum ſanctionibus ab Academia noſtra arcendos eſſe: an eiusmodi conſtitutiones pontificias aut promulgandas, aut actu receptas placeto regio, Principumque immutationi, exigentibus ita rationibus ſtatus Imperii publici ſubſtare, atque obnoxias eſſe

ambigamus (c)? „ privilegia etiam a Pontifice acade-
„ miae conceſſa, Principis ſubjacere Imperio, ita ut vel
„ approbare eadem, vel revocare pro re nata poſſit, - - -
„ quando id jufferit neceſſitas, aut utilitas publica (d).

(c) Illuſtr. SCHRODT Syſt.: *j. p. u. c. V. §.* 10.

(d) ZIEGLER *de jure erig. acad.* § IX.

§. LXVIII.

Allocutio ad Pontifices.

Itaque, utut zeloſiſſimos veſtros pro ſervanda fidei catholicae puritate conatus, atque deſideria, quorum impulſu ſpeciales juramentorum formulas a graduum candidatis obſervari voluiſtis, extollamus, utut ampliſſima, quae in Academiam noſtram transfudiſtis, privilegia, atque beneficia recolamus gratibus nunquam intermorituris, *pientiſſimi, largiſſimique Pontifices!* in horum tamen gratiam convictione aliqua intellectus eousque condeſcendere haud poſſumus, ut merita veſtra, ſumma licet, ac immortalia contra aſſertam a nobis literarum, graduumque cum proteſtanticis communionem quidquam praevalitura exiſtimemus: idem profecto vosmet ipſi ſentiretis nobiſcum, aut ſaltem ſentire vos oporteret, ſi illas univerſae rei catholicae calamitates, quibus, ne latius graſſarentur, per Paces publicas medendum fuerat, atque enatam inde utriusque reipublicae tum ſacrae, tum profanae conſtitutionem, exoptandamque adeo inter toleratarum religionum conſortes unitatem, at-

que

que concordiam, quam perdurare, neque levioribus de cauſis interrumpi tanti intereſt, contemplari, invictiſſimaque rationum momenta, quae cap. II. attulimus, trutinare vobis redivivis liceret!

§. LXIX.

Quid? & obſtrepant Cancellarii noſtri?

Qui absque ſpeciali *Cancellariorum* noſtrorum annutu nos nihil agere, titulosque promotionum iis *invitis* collatos irritos, atque inanes eſſe hallucinantur, ſciant, nequidem Pontificum autoritatem, atque conſenſum, quoties agitur de juribus, effectibusque *mere politicis* diſtribuendos gradus concomitaturis, intervenire debere (§. 39. 40.): vaniori itaque niſu obſtreperent Reverendiſſimi Cancellarii noſtri, qui, ſi vel maxime eos a S. Pontificibus fuiſſe delectos ſupponamus (*), plura tamen circa conferendos gradus ſibi arrogare jura haud poſſunt, quam competunt ipſis conſtituentibus.

(*) I. Contrarium vero differte innuunt literae fundationis Sereniſſ. B. D. LUDOVICI DIVITIS. „ Item wir „ haben auch dem würdigen in Gott, unſern beſonders lieben „ Freund Hrn. Wilh Biſchof zu Eichſtätt, und all ſein nach„ kommen Biſchofen daſelbſt zu der genanten unſer Uni„ verſität Canzler aufgenommen nach laut Brief darüber „ ausgangen.

Conf. ROTHM. *in Acad. Ingolſt. de Cancel.*, *et procancel.*

II. Idem

II. Idem dicendum de *Procancellariis*, qui prioribus ſaeculis a Sereniſſ. B. Ducibus conſtanter *nominati*, ac *praeſentati* fuerunt; licet vero poſtea jus hoc conſtituendi Procancellarium ſibi arrogaverint Celſiſſ. Cancellarii Eichſtettenſes, Sereniſſ. tamen B. D. FERDINANDUS MARIA peculiari proteſtatione ad Epiſcopum MARQUARDUM, qui a. 1677. Doctorem KERL propria autoritate conſtituere attentavit, tranſmiſſa et ſibi, et Sereniſſ. ſuis Succeſſoribus jura competentia pleniſſime in ſequiora luſtra reſervavit. Conf. *arch. univerſit. b.*

III. Unde haud mireris, Procancellariam ECKERO nuper ad aſtra avolante *viduam* acerrimos pro juribus Electoralibus vindices nactam, illuſtremque hanc controverſiam *noviſſime*, dum iſta ſcribimus, ſcriptaque ad limam exigimus, a divo MAXIMILIANO noſtro diremtam fuiſſe amico hoc foedere, ut jus *nominandi* Procancellarios relinqueret quidem Celſiſſimis Cancellariis Eichſtettenſibus, pro talibus autem non aliter agnoſcendos, neque ad functiones Cancellariae prius admittendos, niſi praevia, eaque vel in principiis j. p. u. altiſſime radicata cum Principe territoriali *communicatio*, nominatorumque *ratihabitio*, ac *confirmatio* Electoralis ſuperacceſſiſſet.

§. LXX.

Reſpondetur ad conſtitutiones, et facta

Quemadmodum vero ab ea tempeſtate, qua Sereniſſ. Dux LUDOVICUS ad reprimendas, fugandasque a provinciis ſuis haereſes a. 1472. univerſale hic ſtudium erexit, ad noſtra tempora, modernamque juris

ris publici faciem, in qua vel minimus religionum toleratarum delpicatus ſummum nefas habetur, ſolidum argumentum duci haud poſſe, nemo inficiabitur, qui temporum, ſtatusque Germaniae per ea variantis haud prorſus ignarus, ac hoſpes, inter haereſes damnatas, quales illa aetate LUDOVICI DIVITIS in Germania tunc *mere catholica* erant omnes, atque inter religiones in Germania novius ſuperaccedentes, publice in Imperio toleratas, omniumque jurium civilium ex aſſe participes differentiam quamdam ſtatuere edoctus eſt: Ita -

§. LXXI.

Sereniſſ. Bav. Ducum, ac Electorum.

Sereniſſ. quoque Ducum, Electorumque Bavariae facta, conſtitutiones, atque *reſcripta* quaecunque ita ſunt comparata, ut *vel* I. attingant Profeſſores tantum, et docentes publicos, eosque, qui adverſas fidei avitae doctrinas amplectuntur, ſalariis privandos, cathedrisque publicis removendos ſtatuant, *vel* II. extraordinariam quamdam zeloſiſſ. Bav. Ducum in praecavendis ſectis, ſupprimendis malitioſis conventiculis, impediendis excurſionibus ad praedicantes, ac praedicationes proteſtanticas, haereſumque diffuſionibus quomodocunque ſuffocandis vigilantiam, inſpectionemque prodant, *vel* III. ad religionis tantum catholicae conſortes (uti praeceptum illud de congregatione Mariana §. 34.) reſtringenda ſint, ſtabilitam vero de proteſtantium ad muſas noſtras admiſſione ſententiam nul-

libi infirment, imo corroborent; WILHELMUS enim V. sectariorum hic studentium catalogum, notitiamque non *eo consilio* a nobis expetiit, ut ejiceret hos hospites (quos potius omnes ad prosequendas literas absque injecta difficultate remanere permisit), sed quo magis religionem, quam a Sereniss. progenitoribus acceperat, ab omni hederodoxia praeservaret, illibatamque transmitteret; quodsi itaque turbulentis illis religionis motibus, atque assultibus rei catholicae undequaque ingruentibus, in quibus sectarios legibus Imperii publicis necdum ita assecuratos, congregatim accurrere, atque in studiorum, juriumque acad. cum catholicis participium venire indulserunt tenerrimi alioquin religionis avitae CUSTODES nostri, hodiene in altissima religionum quiete repellamus eos, qui ex ipsis adeo legibus publicis, in consortium omnium quorumcunque jurium elevati, neque in tanta, ut olim, frequentia hujatem artium, disciplinarumque sedem invisuri sunt?

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Weinbach, Joseph von,

Problema ... utrum ii qui sacra profitentur protestantica, ad Athenaea Catholicorum confluentes eorundem Albo inserendi sint?

Angelopolis 1775

4 H.lit.u. 54
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10360201-9
VD18 14769107-001